Il M.R.P. Fra. David da S. Carlo Carmelitano scalzo e
Teologo di Pigna antica nel Contà di Nizza fu invitato
a continuare dal Rev.mo P. Gen.le Fra Pietro Ferrari viuente e
riferire la giunta continuazione delli opera da lui scritta
A.D. 28 ottobre 1692

Fr. Gran.co Maria Fontana Rev.mo P. Sott.o Mag. Ch. mpr. Rgd.

M.R.P. Fra Gabriele Maria d'Arezzo in Piedmontana
Teologo e confessore del Rev.mo P. Gen.le Fra Pietro Ferrari hora
defonto viuente, e riferire la giunta continuazione delli opera
A.D. 22 xbre 1692

Fr. Gran.co Maria Fontana Rev.mo P. Sott.o Mag. Ch. mpr. Rgd.

Imprimatur si visa videbit. Magister Sac.
Fabius Augustus Maregnanus
Archiepiscopus Thessalonicensis

Visto, et approbato quod ad Catholicam Fidem
in Fr. Ambrosius Lucchi Inquis. Gen.

سورة القتال مدنية
وهي ثمان وثلاثون اية

SVRA XLVII.

BELLVM.

Medinęa: commatum

XXXVIII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Qui *infideles fuerint, et auerterint alios à uia Dei: errare*
fauit Deus opera eorum [i. *inutilia reddet*]
2. Qui uerò *fideles fuerint, et fecerint recta, et crediderint in*
id, quod demissum fuit sup Mahumetum (*et ipsum est ueritas*
à Domino eorum) *expiabit ab eis mala eorum, et* ... *rectificabit* a. *prosperab*
interiionem eorum.
3. Hoc *eueniet, eo quòd qui infideles fuerunt, secuti sunt uani-*
tatem: et quia qui fideles fuerunt, secuti sunt admirabilem à
Domino suo. Ita proponit Deus hominibus similitudi-
nes eorum [i. *fidelium, et infidelium*]
4. *Cum ergo reperieritis eos, qui sunt infideles: percussio*
cervicum [i. *percutite cervices eorum*], *donec feceritis stra-*
gem multam eorum. Tum vorborate vinculum [i. *alligate*
vinculis, et captivos ducite reliquos]. *Vorvò sive gratuita*
dimissio postea; sive redemptio [i. *sive liberos, et gratis*

dimittetis: siue pretium pro redemptione eorum capietis], donec deponat bellum onera sua [i. donec hostes arma deponant, et uel fidem, uel pacem, seu tributum imposita accipiant].

5. Hoc seruabitis. Quod si uellet Deus, certè ultionem sumeret ex illis sine operatione uestra. Sed iubet uos, ut probet alios uestrum gratios [i. fideles & infideles]. Illi porrò, qui occisi fuerint pro uia Dei: nullo modo obseruare facient Deus opera eorum [i. relinquet eos sine mercede].

6. Diriget eos, et rectificabit intentionem eorum.

7. Introducet eos in Paradisum, quem notificauerat eis.

8. O qui credidistis, si adiuuaueritis Deum, pugnando pro fide illius: adiuuabit uos: et firmabit pedes uestros.

9. Qui uero infideles fuerint: exitium erit eis: et abrrare faciet Deus opera eorum.

10. Hoc ueniet eis, quia ipsi abhor[r]uerunt id, quod demisit Deus [i. preceptum pugnandi pro fide]: propterea inutilia facta sunt opera eorum.

11. An ergo non perlustrauerunt terram, et inspexerunt exitus eorum, qui fuerunt ante ipsos? Disperdidit Deus illos. Infidelibus autem conueniunt similitudines eius [i. exitus mali similij exitus mali].

12. Hoc erit, eò quod Deus sit Patronus eorum, qui credidere: et quod incredulis, non sit Patronus ei.

13. Profectò Deus introducet eos, qui credidere, et operati fuerint recta, in hortos: eorum de subtus

fluminа

flumina. Qui uero infideles fuerint, ut: deliciis indulgebunt,
et comedentes sicut comedunt pecudes: et ignis eis receptacu=
culum eorum

14. Quot uero ex urbibus erant ualentiores robore, quam
sit Mecca urbs tua, que dicit se: et tamen perdidimus eas:
et non fuit adiutor illis?

15. An ergo qui fuerit sup declarationem à Domino suo [i. qui
illuminatus fuerit à Deo in fide] erit sicut ille, cui adorna=
tum fuit malum operis sui [i. speciosum apparere factum
fuerit à Demone]: et secuti fuerint desideria sua?

16. Similitudo Paradisi, qui promissus est timoratis; in
eo sunt flumina aque incorruptibilis: et flumina ex
uino lacte, cuius non immutatur gustus: et flumina
ex uino suauissimo bibentibus: et flumina, ex melle depurato:
et ipsis in eo erit copia ex omnibus fructibus: et indul=
gentia à Domino suo. An uero qui huiusmodi felicitate
fruetur, erit sicut ille, qui perpetuo mansurus est in igne;
et potabuntur aqua ferventissima, ita ut discindat uis=
cera eorum.

17. Et ex ipsis [i. infidelibus] quidam aures prebent tibi,
donec ubi egressi fuerint à te, dicunt illis, quibus data
est scientia: Quid est, quod dixit nunc? hi sunt, quorum
impressit Deus sup corda eorum, et secuti sunt
concupiscentias suas.

18. Qui uero diuersi fuerint, augebit illis Deus directio=
nem, et dabit illis timorem eorum deigne Gehenne.

19. An uero expectant infideles nisi horam, ut ueniat

ueniat

+

ueniat illis vigenté ? iàm uero uenerunt conditiones [l. signa] illius. Quomodo uero ent ipsis, postquam aduene-
rit illis, comonitio eorum ? [l. quomodo potuerunt bene
comonefieri, et uestigiare]

20. Secto ergo, quod non est deus preter Deum : et indul-
gentiam postula pro delicto tuo, et pro fidelibus uiris
et fidelibus feminis. Et Deus uelit a occupationem uestra
a. conuersationem [l. exercitia, et labores uestros diurnos] : et requiem
uestrum [l. quo uos requiabitis uero, ad quietem].

21. Et dicunt qui uidebidebunt : Nisi demissa fuerit
Sura aliqua, qua preeipiatur nobis bellum ; non exibi-
mus ad pugnam. Si uero demissa fuerit Sura stabilie-
mus
disposita [l. non obnoxia abrogationi, sicut ceteræ] : et com-
memorabum fuerit in ea bellum : uidebis eos, quorum
in cordibus est morbus [l. infidelitas], assidentes ad te
aspectu eius, qui cooperbus sit a morte [l. miti, ac uelut
moribundi] . Atqui melius esset illis obedientia, et
dictum conueniens, quo se promptos ad bellum exhibe-
rent. Si uero formatum fuerit preceptum de pretio :
si fideles fuerint Deo, certe melius ent illis.

22. An ergo in promptu fuistis (ut deseruissetis, a obedien-
tia), ut corrumperetis seruam [l. astrocinia], et uesci-
deretis [l. uiolaretis] consanguinitates uestras ?

23. Hi sunt, quibus maledixit Deus, et uuidos reddidit
eos, et excecauit oculos eorum.

24. An ergo non perpendunt Heouanum ? an super corda
sunt seue eorum [l. cordium] ?

25. Certè

25. Certè qui vetroversi fuerint suy terga. sua, postquam innotuit eij directio: Sathanas adornabit ipsis malum, quod fecerunt, et implebit eos opibus ad eos decipiendos.

26. Hoc eueniet eis, quia ipsi dixerunt secretò ijs, qui abhorrebant id, quod demiserat Deus [l. præceptum de præcio:] Obediemus nobis in parte præcepti. At Deus nouit secreta eorum.

27. Quomodo ergo se habebunt cum morti tradent eos Angeli, et percutient facies eorum, et terga eorum uncis ferreis?

28. Hoc euenit illis, eo quod ipsi secuti fuerint id, quod ad iram prouocabat Deum, et auersati sunt beneplacitum eius: propterea inutilia reddidit opera eorum.

29. An existimant illi, quorum in cordibus est morbus, quod non manifestaturus sit Deus simulbatés eorum contra fideles?

30. Quòd si uellemus certè ostenderemus tibi eos, ita ut certè cognoscares eos ex signis eorum: sed certè cognosces eos ex a sonouoij: et Deus nouit opera uestra.

a. prava pronunciatione sermonis"

31. Et quidem tentabimus uos donec cognoscamus strenuè certantes ex uobis, et constantèr sustinentes; et probemus nuncia uestra [l. opera uestra, seu quomodo uos geratis in bello]

32. Verò qui infideles fuerint, et auertent alios à uia Dei, et schisma facient contra Legatum [l. Mahumetum], postquam innotuit ijsdi directio: non nocebunt Deo quidquam: et ipse uana reddet opera eorum.

33. O qui b. credidistis, obedite Deo, et obedite Legato: et

b. crediderunt"

ne

ne uana reddatis opera uestra.

34. Profecto quia infideles fuerint, et auertentur alios à uia Dei: deinde mortui fuerint, et ipsi infideles:

*35. Li. in infidelitate f: nunquam ignoscet Deus illis. *Ne ergo molles efficiamini erga hostes uestros, neque inuitetis eos ad concordiam, dum uos ipsis superiores. Deus enim est uobiscum, et non imminuet uobis opera uestra. Certè

36. Certè uita mundana est ludus, et iocus: si uero credideritis, et timueritis Deum, dabit uobis mercedes uestras. Neq; exigit à uobis facultates uestras omnes, sed tantum partem earum.

37. Si requireret à uobis eas, ita ut instanter exigeret à uobis: auari fieretis, et ea produceret odia uestra contra Religionem, quę ualia præcipit.

38. Ecce uos estis illi, qui inuitamini, ut expendatis aliquam partem rerum uestrarum pro uia Dei: et tamen ex uobis quidam sunt auari. Sed qui auarus fuerit, certè auarus erit contra animam suam. Et Deus est diues: uos autem pauperes. Quod si recesseritis, substituet alios homines præter uos, qui deinde non sint similes uestri

Nota

Duplex titulus huic Suræ præfigitur: alter القتال Bellum: quia in ea contra Mercanos, et alios infideles bellum indicitur. Alter محمد Mohammad, seu Mahumetus: eo quod is in secundo uersu nominetur. Est autem Sura Medinen-

Medinenses: quidam tamen exceipiunt vervum decimum quarum: quot vero ex urbibus. Imo nonnulli faciunt totam Mecca= nam: tanta est inter Expositores Mosemos de rebus Alco= rani varietas incertitudo. Versus enumerant octo supra triginta. Quidam unum superaddunt. Cui hanc Suram legenti, كان حقًا على الله ان يسقيه من انهار الجنة debitum erit Deo, ut potet eum ex fluminibus Paradisi.

16. Similitudo Paradisi]. Quia Mahumetani progenie et literaliter tenentur credere ea, que in Alcorano de Para= diso dicuntur: ideo Zelal, dictionem مثل que progenie si= militudinem significat, exponit, صفة, Prædicatum, seu Ca= theton

17. Illis, quibus data est scientia]. Zelal العلماء من الصحابة منهم ابن مسعود وابن عباس استهزاء وسخرية ماذا قال انفًا اى الساعة : اى لا نرجع اليه: Doctiores ex societate Mahumeti: inter quos erant Ebno-Masaud, et Ebno-Abas. Irriden= tes, ac ludificantes dicebant suis impij: Quid est, quod dicit nunc? idest non redeuntemur ad illum. Videtur acci= pere, nunc, seiunctim ab antecedentibus, ac si dicerent: Quid est quod dicit? nunc audiamus illum: sed deinde non ultra videamus.

19. Conditionis illius]. Inter hæc signa ponit Zelal بعث النبى محمد وانشقاق القمر والدخان: missionem Mahumeti ad prophetandum: scissionem Lunæ: et Fumum, de quo supra dictum est.

20. Et indulgentiam postulat pro delicto suo]. Zelal: قيل له ذلك مع عصمته ليستن به امته وقد فعله قال ص انى لاستغفر الله فى

Dictum fuit Noe illi, non obstante custodia, quas Deus promiserat illi, ut esset ipse norma gentium. Jam vero Mahumetus hoc fecit: ipse enim dixit de se: Ego sane indulgentiam peccatorum peto à Deo, centies in singulos dies.

27. Cum mortuum eos tangit.] Alludit ad tormentum sepulcri, de quo alibi loquutus fuerit.

Refutationes

1. Legem deponit in hac sura, sicuti etiam in Nona, ut vidimus, Mahumetus: nam ubi antea in omnibus fere suis, patientiam, mansuetudinem, tolerantiam, et indulgentiam erga infideles à Deo percepisse sibi, et commendari confinxit: sic his duabus ex abrupto bellum, edes, captivitates, cruciem omnem, atq; barbariem sibi adversus eosd. inveterata fuisse pronunciat. Causa tam subitæ mutationis fuit, quia cum antea Meccæ degeret, conciuium suorum potentiam, iramq. metuebat, nec sibi vires ad eis resistendum suppetere agnoscebat. Ubi vero Meccam aufugiens, Medinam cum suis asseclis se transtulit, ibiq. armis se, opibusq. munivit, ac potentiorem adversarijs suis vidit: bellum sibi contra eosdem à Deo percepisse simulavit in his suris, quibus centum ferè versibus quatuor ubi Alcoranum abrogavit. Sibi sane præceperat suis congeronibus, ut si ab adversarijs lacessirentur, se defensarent, ac vindicarent, pariq. vi repellerent. Hic vero jubet eos absolutè, et absq. ulla præcisa causa, ubicunque infideles (fidei pallio sceleri tegit) nacti fuerint, bello invadere, ac trucidare, aut captivos abducere, aut durissimas illis servitutis conditiones imponere: nulla pacis, aut induciarum conditione admissa, cunctisque humanitatis

humanitatis legibus vescebis, nisi hostes se se tanquam
pecudes ipsis dedidisses, eorum arbitrio se subiecisses.
Eo uero maior Mahumeti impietas, ac barbaries apparet,
quod hæc omnia contra Dei Patris, et Prophetarum
Mecanes, concives, cognatos, suos, exercere aggre-
dibur, ut oppressione Christi regnandi sui fundamenta
iaciat. Vide quæ fusè dicta sunt in Prodromo p. 4. cap. 23. pag. 387. et quæ supra notaui in re-
futatione Surg. 9. Penitentia.
2. Vt uero socios ad bellum aeque ineundum excitet,
eandem adeoquitis Paradisi sui delicias prolixè, cum
appendicibus fluminum, non solum aquæ, ut alibi: sed etiam
lactis, uini, et mellis. Mirum uero, quod eum non semel
abhorreat, uinum rem ésse abominandam, et inuentum
Diaboli, illud in Paradiso reponas. Sed respondent Mosleni:
hoc Paradisiacum, neq; inebriare, neq; incommoda alia, quæ
in terrestri uino reperiuntur, afferre. Esto. Vinum nihilo-
minus est: et apud nos etiam uina quantumuis uiuacia=
reperiri non dubito, ut quamuis ad sobrietatem sumantur; nulla tamen
gignant in bibentibus ebrietatem. Imo uero sobrietas, mentis
perturbatio non tam uini, quam hominis intemperantis tribuenda sunt ut
quotidiano experimento probatur. * Sic uero obiter
notandum, quamuis hanc Paradisi similitudinem esse
pronuncies: propriè tamen loqui, ut iam ex Fidele
ostendimus. Neq; nouum est in Alcorano, similitudini
nomine, propriebatem significari.
Cum igitur Mahumetes, dicit ibi Deo eleisa quæ
non est Deus, præter Deum: ostendit, se ad illum tempus
tempus nescisse, utrum gloriosi, an miserabiles
ve futuri.

* Quòd si dicant uinum illud, ibi usurpari tantùm de nominatiuè, et equiuoce; sed uerùm non ad uinum; respondebimus insuper, Mahumetem uocasse gaudium paradisi nomine rei abominabilis, et quæ est ex operibus Satanæ: ubique Paradisi esse Alcorani sensum

Deus. Iniqua uero, et inualida est Scholæ explicatio: quæ
النافع فى الميتة
Mahumetum in scientia sua de hoc, præfuisse ei diuinam reuelationem
uel. Aliud enim est scire, quod reuelauerit alicui diuinum aduen-
et immediatum intellexerit: aliud non percutiens ne ei reuelet,
quod dicis continuationem actus. Verum et hæc ipsa explica-
tio infirma est: nam cum negauerint Mahumetum non
potuisse unquam subuenire, aut obuiare, Deum aliquem
esse, qui eis in omnibus præ-scierit, et omni pugnæ id infidelibus
præcluserit: idem audebunt esse, qui Deo dicat illi: per contra
in scientia, quam habet, Deum unum esse; ac ei quidem
homini, qui Deum a pluribus annis noverit: fidem ne
obliuiscetur te esse Deum.

7. Bene est, quod Mahumetus fateatur, se esse peccato-
rem, dum fingit imponi sibi Diuinum præceptum deprecan-
di pro peccatis suis. Decet tamen Prophetam tantum, et de
quo Mahumetani tam mira iactant, et quem Prophetis
omnibus anteponunt, esse peccatorem: cum nulla maior
sit excellentia, maiorue laus apud Deum, quam immunitas
ab omni peccato, qualis fuit in Christo, quemadmodum
Mahumetani ipsi fatentur. Quod uero Mahumetus ipse
dixerit, se centies in singulos dies indulgentiam peccatorum
a Deo postulasse, quamuis figmentum esse possem, id
tamen mendo fecisset, cum tantus esset peccator, quemuis
absque ullo fructu, ac pene in peccato obstinatus, peccatum subiret
postulando.

4. De illo singulari tormento, unde pag. supra dicendum =
sed sine dubio, circa de morte ipsius infidelium Dominator, [illegible]
[illegible] percussit illo Angelus ferro unus ferreis in faciebus, de
dorsis infidelium, prosiliens ad extrahendas animas a corporibus eorum

سورة الفتح مدنية
تسع وعشرون اية

SVRA XLVIII.

APERITIO.

Medinensis: commatum xxix.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1 Nos *certè aperuimus tibi apertionem manifestam.* [1. *concessimus tibi victoriam illustrem de Meccanis.*]

2. *Vt ignoscat tibi Deus id, quod præcessit de delicto tuo, et quod subsecutum est: et perficiat gratiam suam super te, et dirigat te via recta.*

3. *Et adiuuet te adiutorio excellenti.*

4. *Ipse est, qui demisit quietem securam in cordibus fidelium, ut augerentur fide cum fide sua* [1. *ad fidem, quam antea habebant*]: *et Dei sunt exercitus cælorum, et terræ: et est Deus Sciens, Sapiens.*

5. *Vt introducat fideles viros, et fideles mulieres in horti: currunt de subtilis flumina; perpetuò commoraturos in illis: et expiet ab eis mala eorum: et erit hoc apud Deum felicitas magna.*

12

6. Et punias impios, et impias ex Mahometanis: et Asso-
ciatores, et Associatas, opinantes de Deo opinionem malã.
Sufficit ipsos ênt circulus mali [i. pœna persequêrans]: et iratus
est Deus contra eos, et maledixit illis, et præparauit illis
Gehennam: et hæc mala est abitione [i. infelices sunt qui
abeunt in illam].

7. Et Dei sunt exercitus Cœlorum, et Terræ: et est Deus
Præpotens, Sapiens.

8. Certè nos misimus te testem contra gentem tuam
in die Judicij: et annunciatorem Paradisi, et cominatorem
Gehennæ.

9. Vt credatis in Deum, et Legatum eius; et suppetias ferabis
illi, et honoretis eum, et laudetis eum mane, et vespere.

10. Certè qui fidelitatem iurabunt tibi, profectò iurabunt
fidelitatem Deo: manus Dei ênt sup manus eorum. Qui autè
iuramentum eius lauent, utiq; periurus ens contra animam
suam. Qui autém compleuerit id, quod pepigit cum Deo,
mox dabit illi Deus mercedem magnam.

11. Dicent tibi residentes ex Arabibus [i. qui remanentes
domi, nolucrunt proficisci ad pugnam]: Impedimento
fuerunt nobis facultates nostræ, et familiæ nostræ, ne
egrederemur eum ad bellum: precare igitur indulgen-
tiam nobis. Dicunt linguis suis, id, quod non est in
cordibus eorum. Responde: Quis potuit obtinebit nobis
à Deo quidquam adumbrati, si voluerit nobis nocere,
aut voluerit nobis prodesse? atqui est Deus de eo,
quod facitis plenè instructus.

12. Quin

12. Quin imò existimastis, quòd non esset reuersurus lega-
tus, et Fidelis ad familias suas unquam: et adornatum
fuit hoc in cordibus uestris: sed opinati estis opinionem
mali [i. falsam], et fuistis homines perditi.
13. Et qui non credidistis in Deum, et legatum eius,
certè nos præparauimus infidelibus ignem ardentem.
14. Et Dei est Regnum Cœlorum, et terræ: parcet cui uolue-
rit, et puniet quem uoluerit: et est Deus Indultor, Misericors.
15. Dicent residui, [i. qui domi remanserunt, nec profecti sunt
ad prælium] cum peruexeritis ad prædas, ut capiatis eas: Si-
nite nos, ut sequamur uos. Volunt immutare sermonem
Dei [i. leges à Deo præscriptas circa spolia inimicorum].
Sic illis: Nequaquam sequemini nos: ita dixit Deus antea.
Respondebunt: Atqui inuidetis nobis. Sed non intelligunt
quidquam circa Religionem, nisi paucci.
16. Sic residuis ex Arabibus: Vocabimini ad pugnandum con-
tra gentem præditam uirtute bellica ualida: pugnabitis
contra eos, aut fient Mortemi [i. donec Mahametanam secta
amplectantur]. Quod si obedieritis: dabit uobis Deus mercedē
pulchram. Si uerò retrogressi fueritis, quemadmodum retro-
cessi fuistis antea: puniet uos pœnâ diuersificante.
17. Non erit super cœcum piaculum, neque super claudum pia-
culum, neque super ægrotum piaculum, si non proficiscantur
ad bellum. Qui autem obedierit Deo, et Legato eius: intro-
ducet eum in hortos, currunt desub ipsis flumina. Qui
uerò retrogressus fuerit: puniet eum pœnâ dolorifica.
18. Iam quidem complacuit ibi Deus in Fidelibus

14 cum iurarent fidelitatem tibi sub arbore, & cognouit quod esset in cordibus eorum: propterea demisit requiem super eos, et remunerauit eos victoria propinqua in Chaibar, 19. & predis multis, quas acceperunt: et est Deus Potens, Sapiens.

20. Promisit vobis Deus predas multas, quas acceperetis: sed anticipauit vobis has Chaibenses (et cohibuit manus hominum a vobis) et ut esset signum diuini auxilij Fidelibus: et dirigeret vos in viam rectam.

21. Et alias predas, nondum potuistis capere eas: iam circumdedit Deus illas [T. tenet eas paratas pro vobis]: et est Deus super omnem rem Potens.

22. Quod si pugnassent contra vos illi, qui erant infideles in Hadibia: profecto vertissent terga: deinde non inuenissent patronum, neq. defensorem.

23. Statutum Dei est hoc, quod iam processit antea: et nunquam inuenies statuto Dei immutationem.

24. Et ipse est qui cohibuit manus eorum a vobis, et manus vestras ab eis in ualle Mecce [T. in Hadibia], postquam triumphare fecerat vos super eos. Et est Deus in id, quod facitis intuens.

25. Hi sunt, qui infideles fuerunt, et prohibuerunt vos ab Oratorio Mecce: et impedierunt munus clausum, ne perueniret ad locum suum. Quod si non fuissent ibi fideles, et mulieres fideles, quos non cognoscebatis, cum essent admixti infidelibus, ne conculcaretis eos T. ne occideretis eos], ac proinde incideret vobis ex eis

T. ex

[i. ex eorum ecde] peccatum sine vestra scientia: certe' con=
cepisset vobis victoriam? Deus tunc voluit vobis ob hanc causam
concedere, ut introduceret Deus in misericordiam suam
quem vellet. Si distineri fuissent Fideles a infidelibus:
certe' puniuissemus eos, qui erant infideles inter ipsos,
pena debonifica.

26. Cum posuissent qui erant infideles, in cordibus suis
indignationem, indignationem ignorantie [i. propriam
ethnicorum]: demisit Deus quietem suam suy Legato
suum, et suy Fideles, et imposuit illis verbum pietatis
[i. fidem unitatis Dei], seu formalem illam: Non est Deus,
nisi Deus] et fuerunt digniores eodem verbo, et meliores
illius, quam infideles. Et est Deus in omni re Sciens.

27. Jam quidem confirmauit Deus Legato suo visionem
& somnium cum veritate, qua dixit ei & omnium: Cer=
tissime' ingrediemini Oratorium Mecce, si voluerit Deus,
securi, abrasi capita vestra, et attonsi comas: non time=
bitis. Novit profecto Deus id, quod non nostis vos: et dedit
vobis preter hoc, victoriam vicinam de Choaiberensibus.

28. Ipse est qui misit Legatum suum cum directione,
et religione veri, ut extollat eam suy religionem uni=
versam: et sufficiens est cum Deo testis [i. sufficit Deus
testis huius rei].

29. Mahumetus est Legatus Dei: qui vero sunt cum eo,
fervoces sunt contra infideles; misericordes inter se. Vide=
bis eos se se incurvantes, adorantes: ut exquirant abundan=
tiam à Deo, et beneplacitum. Signa eorum sunt in facie=

bus

facietus eorum ex uestigijs adorationis [quia scilicet facie terram tangunt dum orant]. Hec est similitudo eorum [i. descriptio] in Pentateucho: et similitudo eorum in Euangelio est sicut semen, quod produxit germinum suum: deinde corroborauit illum: tum euasijt et fectum est, et adeguatum est super eruras suas [i. assurrexit super truncum suum] voluptatem agricole. Sales uoluit Deus esse Mahumeti socios, ut ad iram excitarentur in eos Infideles. Promisit Deus ijs, qui euedidenint, et operati fuerint recta ex ipsis, indulgentiam, et mercedem magnam.

Note

Inscriptio Surę est, الفتح, que dicto legitur in primo eius uersu, et significat propriè aperitionem, metaphoricè autem uictoriam: quasi aperuerit Deus portas Mecce, et aliarum urbium, seu arcium, quas Mahumetus cum suis armis expugnauit. Est Medinensis: et tradita fingit Mahumeto, cum rediret ex Hudibia. Versus eius, nouem supra uiginti communij enumerantur. Nullam hic Obidalius pronit Pecuniarius mercedem: fortasse quia in ultimij Surę uerbis promittitur a Deo ano. Zamchascharius tamen illam his uerbis assignat: من قراء سورة الفتح كانما كان ممن شهد مع محمد. Qui legerit Suram Fenitionis, erit, ac si presens fuisset cum ijs, qui pugnauerunt cum Mahumeto, quando scilicet Meccam expugnauit. Primos quatuor Surę huius uersus ponunt Mahumetani in Vexillis suis militaribus ad fastum Victorię augurium capiendum. Videmus

ex his

ex his multa, capta nuper à Nostris in bello contra Turcas, et
presertim unum inde insigne ablatum ijsdem, dum à Vien-
ne obsidione vegetterentur, quod à Joanne Tertio Rege Poloniæ ad
Sanctissimum Pontificem Dominum nostrum Innocentium Undecimum, quitum
feliciter regnat, transmissum fuit. Illius historiam, et inter-
pretationem prædictorum versuum, et aliorum Emmatum Arabicorum a
me factam, in Lucem edidit Eruditissimus Vir Antonius Bulifonius
Neapolitanus, cum Romæ primò ex Typographia S. Collegij de Pro-
paganda fide prodijsset:

1. *Aperuimus tibi apertionem manifestam*]. Communis Mosleno-
rum sententia est, promissi hic Mahumetis à Deo Meccæ expugnati-
onem. Aliqui tamen aliter sentiunt. Sed præstat audire Zamchasce-
rium: هو فتح مكة وقد نزلت برجع رسول الله ص عن مكة عام الحديبية عدة له بالفتح
وجيء به على لفظ الماضي على عادة رب العزة سبحانه في إخباره لانها في تحققها
وفي تيقنها بمنزلة الكاينه الموجودة وفي ذلك من الفخامة والدلالة على علو شان
المخبر على ما لا يخفى. . . وقيل فتح الحديبية ولم يكن فيه قتال شديد. . . وقيل هو فتح خيبر
وقيل فتح الروم وقيل فتح الله له بالاسلام والنبوة و المدعو بالحجة والسيف ولا فتح ابين منه. . .
وقيل معناه قضينا لك قضاء بينا على اهل مكة ان تدخلها انت واصحابك من قابل ثم
Hæc fuit victoria, seu expugnatio Meccæ. Revelata autem
fuerant hæc verba dum vendicaretur Propheta Mahumetus
ex Mecca anno, quo victa fuit habita: per modum pro-
missionis illi factæ de huiusmodi expugnatione. Positum
autem fuit verborum temporis præteriti iuxta consuetudinem,
quas Deus servare consuevit in promissionibus suis ad
indicandam certitudinem, et veritatem earum, tamquam
si res promissæ, iam essent præsentes, et existerent: et ad
hoc ostenditur magnificentia, et amplitudo annuncianti

id, quod ipsum non latet. Alij volunt hic agi de victoria relata in bello Hadibiæ, in quo tamen non fuit magni momenti concertatio. Alij volunt, sermonem esse de victoria Choaibeensi. Alij vero de victoria relata ex Romeis. Nonnulli, verbum aperiendi propriè accipientes, volunt hic exprimi actum, quo Deus aperuit, seu manifestauit Mahumeto religionem Islam, et prophetiam, et prædicationem prægnationij, et belli: et non fuit victoria præclarior ista illa. Alij exponunt: Decreuimus tibi decreto manifesto contra Vrbem Mecam, ut ingrediaris eam tu, et socij tui, qui tecum pugnabunt.

2. Vt ignoscat tibi Deus]. Nimirum labor, et incommodum militiæ meritura erant Mahumeto veniam peccatorum, et alia, quæ sequuntur. Ita Zelal, Tamehascenius, et alij. Quod autem fuerit peccatum hoc Mahumeti, quod præcesserit, et quod subsecutum fuit, non omnes eodem modo exponunt, ut patet ex his Tamehascerij verbis: ما تقدم من ذنبك وما تاخر يريد جميع ما فرط منك وعن مقاتل ما تقدم في الجاهليه وما بعدها وقيل ما تقدم من حديث ماريه وما تاخر من امراة زيد

Id, quod præcessit de delicto suo, et id, quod subsecutum est. Summ-est: Omnia, quæ peccauerat facta sunt à se. Explicat Mocatel: Id, quod præcessit tempore ignorantiæ [i. idololatriæ] et id, quod secutum est post illud. Alij exponunt: Id, quod præcessit circa factum Mariæ: et id, quod subsecutum est circa uxorem Zeidi. Hinc patet, Mahumetum quadraginta fere annos, ut in eius Vita ostendimus, Dola colluisse: atque etiam postquam propheticum munus sibi arrogauit, et unius

Dei

Dei cultorem se esse mulgauit, peccatorem fuisse. Quod ptinet ad factum Marię, et uxoris Zeidi, suisq; uidebimus et in Vita Mahumeti iidem poterit. Hic tantumodo breuiter indicabo.

Erat Mahumeto Ancilla quędam nomine Maria, natione Ægyptia, cumqua, libidine uictus, in cubili Aphę uxoris suę + Haphsæ Ingenuę concubuit. Interim Haphsa rębente superueniens, illum in flagitio deprehendit. Quamobrem in furias prorumpebat: at Mahumetus ut eam placaret, Iuranit, se nunquam in posterum cum Maria rem habiturum. Atq; ut magis eam deliniret, legem statim promulgauit, qua uniuersis comeretium carnale cum Ancillis suis, reuerisi- mè prohibebat. At uerò cum homo nesanius non posset à Marię concubitu se cohibere: finxit, sè à Deo reprehensum, quod legem illam tam iniquam in gratiam Haphsę condidisset, et ab eodem à iuramento absolutum fuisse. Quamobrem liberius cum Maria cepit fœna luxurię suę laxare. Vide Suram sexagesimam sextam, quę inscribitur التحريم Prohibitio. Quod spectat ad uxorem Zeidi Libertі sui, et filij adoptiui; hęc uocabatur Zeineba*, quam Mahumetus ipse * seu Zenobia. à fratre eius Abdallah eidem obtinuerat. At uerò bonus Propheta, ubi uidit Zeinebam ualdè speciosam, tanto illius amore incensus est, ut omnes agnoscerent illum ad eius amplexus aspirare. Aduertens Zeidus, ut domini sui genio obsequeretur, Zeinebę fastidium ejus præfere, eamq; se repudiare uelle simulauit, ut eam Mahumetus sine scrupulo posset accipere. Homo uersutus ostendit primò, se alienum à Zeinebę coniugio, horribusq; esse, sed ualdè frigidè

libertum suum, ut illam sibi retineret. Sed tandem libidine victus, eam à Zeido non illibenter accepit. Id uéro uniuersa populum uehementer offendit, tum quia omnes Prophetæ sui uerbutias, et technas agnouérant; tum quia uidérant eam cum uxore filij sui adoptiui matrimonium contrahere, id, quod prorsus nefas existimabant. At Mahumetus ut populi querélis, scandaloq; satisfaceret, finxit, sibi à Deo præceptum fuisse, ut Zeinebam sine ullius piaculi timore duceret in uxorem. Vide Suram trigesimâ tertiam, quæ inscribit. الاحزاب Coniurati.

10. Ceteré qui fidelitatem iurabunt tibi] Verbum arabicum بايعوك, proprié significat inaugurare aliquem in Principem, fidemq; illi, et obedientiam sub sacraménto promittére: id, quod manibus, ut testatur Zelal, fiéri consueuerat: et hoc innuunt uerba sequentia: Manus eius sup. manus eorum: quæ ita explicat idem Zelal: هو تعالى مطلع على مبايعتهم فيجازيهم عليها: Ipse enim Deus prospicit tamquam è sublimi, iuramentum fidelitatis eorum; mercedem illis pro eo redditurus. + مبايعتهم

11. Dicent tibi resides ex Arabibus] Explicat Zelal. اى الذين خلفهم الله عن صحبتك لما طلبتهم ليخرجوا معك الى مكة خوفا من تعرض قريش لك عام الحديبية اذا رجعت منها: Dent illi, quos Deus remanere fecit, ne sequerentur te comites, cum postulasses ab eis, ut égrederentur tecum ad Meccam; ob inimicitiæ, né Coraicitæ se se tibi opponerent, anno, quo regressus es ex Hadibia.

Quis porrò obtinebit uotis à Deo quidquam]. Hic loquendi modus sæpè occurrit in Meccano: idemq; valet, ac si dicas:

Quis

Quis potent Deum vel tantillum impedire, nē nos puniat, aut nobis parcat, si voluerit . . .

16. Gentem perditam virtute bellica] Hanc gentem, ut scribit Belal, quidam volant fuisse بنى حنيفة اصحاب اليمامة وقيل: فارس و الروم Honaiphenses habitatores Iemamę: alij vero Persas: alij Romanos, seu Romęos

19. Cum iurarent tibi fidelitatem subarboré] . De hac ve ista scribit Belal: هي سَمُرة وهم الف وثلثماية او اكثر ثم بايعهم على ان يناجزوا قريشا وان لا يفروا وعلى الموت: Erat hęc arbor syrina Egiptiaca. Fuerunt autem mille, ac trecenti, vel plures uini, a quibus iusiurandum accepit, decertaturos se contra Quraisitas, nec fugituros, sed usq. ad necem restituros

20. Et cohibuit a nobis manus hominum] . Quasi hi Judęi auxiliares Mahumetanorum, qui in professione Coraiberensi decertarent insurgere contra ipsos Mahumetanos: sed Deus iniecit timorem in corda eorum, eorq. abstinuit a consilio suo. Ita fingunt .

24. Cohibuit manus eorum a uobis] . Idem ista refert Belal: فان ثمانين منهم يعسكرهم ليصيبوا منكم فاخذوا واوتى بهم الى رسول الله ص: فعفى عنهم وخلى سبيلهم فكان ذلك سبب الصلح. Nam octoginta ex infidelibus eiusdem castra nostra, ut interficerent aliquot ex nobis. Sed capti sunt, et adducti ad Mahumetum, qui pepercit ei, et dimisit eos liberos. Hoc autem fuit causa pacis, et concordię.

25. Et impedierunt munus clausum] . Quasi hoc munus, ut alibi dixi, ouij, quam necesse ad immolandum in Mecca tempore peregrinationij. Hanc autem illi detinuerunt

domiçj. clauserunt, ne posset regredi, et duci ad sacrificandũ in locum suum, nempe in Meccam, ubi solemni ritu macta= batur.

Quod si non faciens uiri fideles]. Sensus huius periurba= tę periodi est: Non permisit uobis Deus Meccam expugnare, quia cum ibi multi essent Fideles infidelibus admixti, uobisq; ignoti; occidissetis eos ignoranter, sed non sine culpa.

27. Visionem cum ueritate.]. Hanc uisionem ita refert Celab. راى ص فى النوم عام الحديبية قبل خروجه انه يدخل مكة هو واصحابه آمنين و يحلقون ويقصرون فاخبر بذلك اصحابه ففرحوا فلما خرجوا معه وصدهم الكفار بالحديبية رجعوا وشق عليهم ذلك: Vidit Mahumetus anno prælij Hadibiensis ante quam egrederetur ad expugnandam Meccam; se in somnis ingredi Meccam cum sociis suis, rasuris et abrasis capitibus, et attonsis comis. Cum hoc somnium sociis enarrasset, illi lętati sunt. Cum uero egressi fuissent eum eo; et deinde essent eos infideles, in Hadibia, et regredi cogerentur, grauiter id molesteq; tulerunt.

Refutationes

Iactant Morlemi Prophętę sui ueracitatem ex hoc, quod promissa ipsi à Deo Mecę expugnatione, et de suis con= ciuibus uictoria; eorum adamussim euenerit. Verum ridiculum prorsus est ibi prophętiam agnoscere, ubi de re futura uix ulla potest esse dubitatio. Videbat Mahumetus, se iam uiribus, Meccanis superiorem: habebat florentissimum exercitum paratum: Meccanos inopinantes, et imparatos reperiebat: quid magnum, aut mirabile

mirabile fuit, sibi de illis victoriam certam polliceri, et ibi revelationes fingere, ubi nullo modo dubitabat rem esse eventuram. quilibet nebulo possit hac ratione se Prophetam vendicare. Huc accedit, non omnes Expositores, ut vidimus, convenire, verba illa

2. Confirmat iterum Mahumetus, se magnum esse praecaturem, qui praeteritis sceleribus alia in futurum adjungat. Sed illud mirum, seu potius ridiculum, quod tam praeteritorum, quam futurorum scelerum militarem laborem in expugnanda patria, cognatis, et opprimendis, veniam sibi à Deo polliceatur. Vide quæ supra diximus in Notis.

3. Ex eadem vero ratione, qua ostenditur vaticinium, seu somnium de victoria Meccana ad prophetiam minime pertinere: patet, cætera etiam promissa de aliis victoriis, ac præliis, nihil propheticum continere. Id enim promittebat Mahumetus, quod quilibet alius, qui talem exercitum haberet, et hostium vires adeo in seniores nostros, sibi posset polliceri.

4. Sed instant Mahumetani, nullo modo negari posse, Mahumetum vere fuisse Prophetam, quod hic, et alibi prædixerit, Religionem suam, supra Religiones omnes eminentem fore: cum id naturaliter præscire non potuerit, et tamen factum esse videamus. Verum nulla hic prophetiam agnoscendam esse, iam supra demonstravimus. Nam etiam si ex numero professorum, religionis dignitatem æstimus metiri: certum est, Christianos totum fere orbem diffusos (quamvis inter eos, hæ-

Alcoranı in primo capitio exprobrationem facit Mahumeti, ita confuse et obscure verba omnia loquenti, ut quamvis nunquam veritate contineat, rarò tamen possent de manifesta falsitate convinci. Porrò somnium illud, de quo fit mentio in versu 27. non probat Mahumetum fuisse prophetam, de quo ea somniamus, quæ maximè optamus, nec vero eadem credimus, quæ somniamus. sed videas quæ circa hoc dixi in Prolegom. p. 2. c. 5. n. 160.

quēmadmodum inter Mortēmos, Hæretici plures, ac Schismatici sint) numerō Mahumetanos superavere. Sed uera Religio ex legum sanctitate, non ex sectatorum multitudine dignoscenda est. Alioquin Romanorum, aliorumq; Ethnicorum superstitio, uera Religio censenda fuisset, Iudæorum autem uera Religio, quia hi paucissimi erant, inanis superstitio reputanda: cum illi totum fere terrarum orbem occupaverint. *

§. Inter signa, quibus assectas suos uult Mahumetes esse dignoscendos, quædam uera sunt: quædam falsa: quædam inania, ac ridicula. Verum est, eos ceteris hostes, esse præsertim Christianos, barbaros, ac feroces esse: quamuis hac tempestate Christianorum Principum armis domiti, ac perculsi, didicerint esse mitiores in eosdem, atq; humaniores. Falsum est, Mahumetis assectas esse, uel olim fuisse inter se misericordes, ac pios. Confestim enim post illius mortem ita immanes, et crudeles perciuiles bella inter se apparauerunt: ut non homines, sed feras fuisse existimares. Semperq; quamdiu Arabes imperium obtinuerunt, atrocissima inuicem prælia exercuere, ut eorum historias legentibus, manifestè patet. Hodie uerò si quam Mahumetani pacem aut charitatem mutuam habere uideantur, ex eo fit, quòd sub Romanico iugo adeo opprimantur, ut uix mutire, uel repugnare illis fas sit. Neque tamen æquitate, atq; immanitatis à natura cuiq; indita, inter se obtinuerunt. Illud uerò inane, ac ridiculum, quod de signis in fronte ex aere frequenti adoratione im-

pressis

* Vide quæ alibi circa hoc uaticinium dicta sunt [illegible] cap. 5. pag. 144. ubi ueritatem notaui, non solum Agmonem Mahumetis præsagium potuisse (saltem permittente Deo): sed etiam Mahumetem ipsum sibi fore certò persuasisse ea quæ hic prædicit. Talem quippe legem condebat, quam ob suam laxitatem & libertatem fusè omnes amplectebantur præsertim in ea ætate, confusionis, in qua tunc temporis tot variis orbis regionibus dirimebatur.

impressis iacebat; neq? enim huiusmodi signa quisquam animaduertit: neque prius eos tandiu, uel barba, ui movant, frontes humi affixeare, ut uestigia in ijs, uel stigmata aliqua inspiciantur.

6. Sed admiranda est, et prorsus inexcusabilis Machumetani hominis impudentia, qui commemorata iam a fidelium scriptis signa, in Corano descripta esse non uereatur affirmare. Hoc tam insigne mendacium, cuius ab uniuerso terrarum orbe conuinci potest, satis est ad Alcoranum totum damnandum, penitusque proscribendum. Huic simile est illud, quod si tam diligenter aperis, etiam in Euangelio, sub nomine qua seminis, uel frumenti parabola (quam nusquam est in Euangelio reperire) eosdem Machumetanos fuisse designatos. Quid ad hæc Machumetani? Euant, inquiunt, huiusmodi testimonia in Corano, et Euangelio: sed Iudæi, et Christiani illa abrasérunt. Miserum prorsus effugium, quod toties illis argumentis manifestissimis pugnamus. Cur enim, uel quando, uel quomodo huiusmodi fraudem Iudæi, uel Christiani perpetrauerè? Torqueant se, ac distorqueant Machumetani quantum possunt, nunquam fraudis huius rationem, aut modum, aut tempus inuenient, ita ut Alcoranum, ac Prophetam suum ab apertissimo mendacio possint uindicare.

7. Postremò non est prætermittenda impietas, perfidia, et barbaries Machumeti in patria sua Mecca armis oppugnanda, suis ciuibus, contribulibus, et cognatis miserè debellatis iugo grauissimo subijciendis. Breuiter hoc loco

سورة الحجرات مدنية
ثمانى عشرة ايته

SVRA XLIX.

CONCLAVIA

Medinensis: commatum

xviij

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis

1. O qui credidistis, ne prçueniatis aliquid loquendo, vel agendo antè Deum, et Legatum eius [i. expectate nutum, et facultatem eorum]: et timete Deum; nam Deus est audiens, scions

2. O qui credidistis, ne extollatis voces vestras supra voces Prophetæ, dum loquimini cum illo: neque aperte inter vos sitis eum eo in loquendo [i. nè scilicèt eum eo loquamini] iuxta aperturam alterius vestri cum altero [i. sicut inuicem licitè agitis in loquendo]: nè inutilia sint opera vestra: et vos hoc non animaduertitis.

3. Certè qui deprimunt voces suas apud Legatum Dei, illi sunt, quorum probauit Deus corda eorum ad pietatem. Ipsis erit indulgentia, et merces magna.

4. Verò qui adiocant te stantes extra cubilia: plerique

eorum



veteram, quę precipui rerum Mahumeticarum scriptores,
[illegible] memorię tradiderunt. Anno sexto Hegirę egres-
sus ex Mahumetas Medina cum [illegible] mille gentis suę
militibus Meccam uersus, sub specie sacra peregri-
nationis eundę. Verum ubi ad eę (inquit
Ismael Ben-Alę) cum egressi sunt Medina, non
dubitabant quin expugnanda esset Mecca propter
uisionem quam uiderat Mahumetus (ut prędictum
dictum est). At Meccanorum Principes Corasini ad-
dito eius aduentu, miserunt ad eum legatos, roga-
tes, ut ab ingressu urbis cum tot armatis abstine-
ret. Ille uero se non nisi ut loca sacra inuise-
ret statimque recederet, uenisse affirmauit. Ni-
hilominus Corasini de fide hominis dubitan-
tes miserunt ad eum unum e suis, nomine Soha-
lum, qui cum illo pacis et concordię conditiones
firmaret, inter quas fuere: Ut per decennium
sisterent inducię: et unicuique libertas circa re-
ligionem concederetur: et ne Corasini ferrent o-
pem alicui contra Mahumetum, neque contra
confederatos illius. Ita regressus est cum suis
Medinam. At homo nefarius iam animo concep-
rat patriam inuadere, eamque sibi armis subię-
cere. Cum autem nullam tanti sceleris patrandi
causam haberet: hanc ei obtulit casus. Nam
cum quidam ex Bacrensibus (qui etiam Cana=

nensis dicebantur) qui Corinthiis federe iuncti erant, carmina pugnam aduersus Cretenses commissam inimetrum recitaret: alius nescio quis ex Chaldaeis cum Mahumeto foederatis grauiter eum percussit. Ille uero gentis suæ auxilium implorauit, quæ contra Chaldæos pugnauit, eorumque iniuriam cum sociis suis, Cretensibus adiuuantibus coercuit, statimque Cretensi legato ad Mahumetis missorum, inter quos erat Abu-sophian socer ipsius, ut de eo quod euenerat ipsum certiorem facerent. Ricaut illam inter gaudes subito excitam esse: nihil ex premeditato consilio factum: se socios suos nequaquam contra illum admisse: sed tantum officium suum impendisse, ut ab eis aduersarios cum aim et iniurias propulsarent. Cæterum parato se Mahumeto, si quid ex parte ipsorum peccatum fuisse existimaret, etiam ultra quam postulasset satisfacere. At homo perfidus, qui ex luxo exopico non ex ratione, sed ex proprio cruciatu et influxu agnum indicare nolebat: nec responso quidem, neque aspectu nisi truculento legato, dignatus est. Immo habito quoque filiæ eius, Mahumeti uxor, cæstu: magnaq; illum cum spretu reiecerunt.

Interim Mahumetus cum decem millibus militibus Medinam egressus, Meccam ex improuiso aduersus, expugnauit,

atq;

[illegible] atq; in potestate suam animi redigit. Et quamuis moueant
uel dissuadeant illum sui interdixisse, ut à cæde ciuiũ abstine-
ret: uerius tamen ac probabilius est, quod referunt alij; non
nisi cum multa sanguinis effusione patriam ab eo occupatam
fuisse: Omnes conueniunt, illum plures è Meccanis sibi inimicos
occidisse iustitia. Verum quidquid sit; patriam propriam inuadere,
atq; armis oppugnare, tam immane [illegible] scelus est, ut facile
cuiq; possit in propatria probari. Sic ergo semperque fuit
omnium mortalium sensus, Spiritus sancti oracula compro-
batus. Nam in lib. 2. Machab. cap. 5. dum Iason
tuguratur Meccanos, qui [illegible] patriæ sue oppressor. De
quo hec uerba signanter habentur: Nec cogitabat prosperi-
tatem aduersum cognatos malum esse maximum, arbi-
trans hostium et non ciuium trophea capturum. At
enim Meccani, eorumque principes Corasini, grauiter
Mahumetum leserant, illum ex urbe ejiciendo. Nihil-
ominus non potest homo perfidus excusari. Primo e-
nim pax composita fuerat inter ipsum et Mecca-
nos. Deinde meminisse debebat Mahumetus præcepti
illius Diuini Leuit. cap. 19. Non quæras ultionem, nec me-
mor eris iniuriæ ciuium tuorum. Debebat saltem [illegible] habere
[illegible] exempla pene innumera præclarorum
Virorum, qui lumine naturæ ducti, etiamsi grauissimè
a patria, et ciuibus læsi fuissent, omnem tamen
iniurias condonare maluerunt, quàm suorum oppres-
sione sese uindicare. Aristides ab Atheniensibus:

Epaminondas a Thebanis. Furius Camillus a Romanis
suis ciuibus male et iniuste ueteribus
his et exilio. atque etiam pena capitis damnati, cum
possent armis se defendere, iniuriam condonare ma-
luere. Nullo scilicet tempore esse potest iusta uel
probabilis causa patriam opprimendi: ut enim sapi-
entissime Herodes pronunciauit: Patria est uelut
alter quidam deus, et primus, maximusque parens
reuerenda: est igitur omnino patria non modo pare-
ndus, sed obsequendum rebus aliis omnibus anteponendus.
Fideant igitur Athumenaii quem propheram et legis-
latorem habeant; qui scilicet eo et docuit et fecit,
ut mortales omnes diuinaque ipsa leges damnant, et
execrantur.

rorum non intelligunt, quæ tibi reuerentia debeatur.

5. Quod si ipsi patienter expectauerint, donec egrediar ad eos: scitè enim melius illis: et Deus est Indulgens, Misericors.

6. Quæ credidistis, si uenerit ad uos aliquis Sycophanta cum nuntio [i. ut nuntiet uobis malum aliquod de alio], scitè distinguite, utrum uerax sit, an mendax; ne noceatis alicui ignorantiâm: et postea efficiamini pro eo, quod feceritis, pœnitentes.

7. Et scitote, quod inter uos est Legatus Dei. Si obsequetur uobis in multis rebus: certè delinqueretis, quia causa estis, ut in multis sine culpa sua erraret. Sed Deus amorem immisit in uos fidei, et adornauit eam in cordibus uestris: et exosam reddidit uobis infidelitatem, et iniquitatem, et inobedientiam. Hi sunt recta uia insistentes,

8. Dei beneficio, et gratiam: et Deus est Sciens, Sapiens.

9. Quod si duæ factiones ex fidelibus rixæ fuerint inter se: concordiam ponite inter utramq; Quod si iniquè assurgat una earum aduersus alteram: pugnate contra eam, quæ uiolenter se gesserit, donec redeat ad præceptum Dei. Quod si redierit, pacem curate inter utramq; cum Equitate, et iustè uos gerite in hoc: nam Deus amat iustè agentes.

10. Profectò fideles sunt fratres: itaque pacem curate inter fratres uestros: et timete Deum, ut uos misericordiâ consequamini

11. O qui credidisti: ne nosum capiant alij de alijs. Facile est ut qui invidentur meliores sint illis, qui eos invident. Neq; mulieres locum capiant de mulieribus: forte eueniet, ut quas invident sint meliores ipsis. Neq; diffametis uos ipsos malis: neque cognominetis uos ipsos inuicem cognominibus uilibus, aut probrosis. Pessimum est nomen, impro-bitas post fidem [i. quod aliquis post susceptam fidem impro-bus ausus habeatur, et uocetur]. Qui autem non resipuerint ab hoc peccato, illi erunt iniqui.

12. O qui credidistis, caueatis nobiscum de opinione [i. ca-ute multum ab opinione i. a male suspicando de alijs]: quippe quedam opinionum sunt iniquitas. Neque curiosius exploretis res alienas: neq; obloquatur in absentia alius alterum de alio. An desiderabit aliquis uestrum manducare carnem fratris sui mortui? certe hoc abhorretis. Et timete Deum: quippe Deus est placabilis, misericors.

13. O homines, nos sane creauimus uos ex masculo, et femina, et posuimus uos in populos, et tribus; ut cognoscatis uos inuicem [i. ut humaniter, et demisse inter uos ageretis]. Certe honoratior uestrum apud Deum est timoratior uestrum. Quia Deus est sciens, plene instructus.

14. Dicunt Arabes: Credidimus. Responde illis: Non dum credidistis: uerumtamen dicite: Moslemi sumus [i. fidem exterius tantum profitemur]. Et nondum ingressa est fides in corda uestra. Quod si obedieritis Deo, et Legato eius, non diminuet uobis de operibus uestris quidquam

mercedis:

mércedis: quippe Deus est Indultor, Misericors.

15. Confecto fideles, qui credidérunt in Deum, et Legatum eius, neq; postea dubitauerunt: et decertauerunt cum facultatibus suis, et personis suis pro via Dei: illi sunt veraces.

16. Die: An docetis Deum de Religione vestra? at Deus scit id, quod est in Cælis, et id, quod est in Terra: et Deus est in omni re sciens.

17. Exprobrant tibi, quod Moslemi facti sunt sponte, et non coacte, sicut ego. Responde: Ne exprobretis mihi Islamismum vestrum. Quin potius Deus exprobrabit vobis, quod direxerit vos ad fidem, si estis veraces. [Vel, si vere fidem teneatis.]

18. Novit Deus nouit arcanum Cælorum, et Terræ: et Deus est intuens in id, quod operamini.

Nota

Vox Arabica الجنات, quæ habetur in quarto versiculo, et præfigitur titulus huic Suræ, significat Conclauia, seu habitationes secretiores Domus: in quibus scilicet Mahumetus pro negotiis, quietis causa commorabatur. Sura est Medinensis: et communiter decem, aut octo versus illi tribuuntur. Qui eam legerit اعطى من الاجر بعدد من اطاع الله ومن عصاه. Dabitur ei merces iuxta numerum eorum, qui obedierint Deo; et eorum etiam, qui non obedierint ei. O qui credidistis, ne extollatis voces vestras [Occasionem dedit huic versui, vt credimus Selati: مجادلة ابى بكر وعمر رضى الله عنهما على النبى ص فى تامير الاقرع بن حابس او القعقاع بن معبد ونزل فى من

رفع صوته عند النبى صلى الله عليه وسلم : Disceptatio Abu=
baeri, et Omaris felicis memoriæ, coram Prophetæ Mahume=
to circa Cæsecturam Aerai filij Habesi : uel Caacai filij
Moabedi. Et hæc reuelata sunt contra eum, qui extulit
uocem coram Prophetæ Mahumeto.

Neque aperiores viri]. Requirit à suis, ut non loquantur
secum eum ea libertate, et familiaritate, quam inter se consue=
uerant inter se: et hoc, ut ait Selal اجلالا له ob honorem, et
reuerentiam illi debitam

4. Cum qui aduocarent te manè post conclauia]. Dictio
Arabica وراء, significat, tam post, quam ante. Cæterum
hic utroq; modo comodè exponi. Hæc autem uerba, inquit
Selal: نزلت فى قوم جاؤا وقت الظهيرة والنبى ص فى منزله فنادوه من وراء حجراته
نسائه ص فان كل واحد منهم نادى خلف حجرة لانهم لم يعلموا فى ايها منادا
كان الاعراب بغلظة وجفاء: Dicta sunt, propter quos=
dam, qui uenerant tempore meridiano, dum Prophetæ Maha=
metus esset in habitatione sua: uocauerunt q; eum mane,
post conclauia uxorum illius. Et cum nescirent in
quo earum conclaui esset, singuli eorum post singula
conclauia uocabant eum, sed moribus proprijs Arabum
syluestrium, nempe rusticis, et prorsus agrestibus

6. Si uenerit ad uos aliquis Sycofanta]. Iuxta Selalij
نزلت فى الوليد بن عقبة وقد بعثه ص الى بنى المصطلق متصدقا expositionem
فخافهم لترة كانت بينه وبينهم فى الجاهلية فرجع وقال انهم منعوا الصدقة وهموا
بقتله فهم النبى ص بغزوهم فجاؤا منكرين ما قاله عنه
Dicta sunt hæc propter validum filium Oebe, quem Prophetæ
Mahumetus miserat ad Mostalkitas, ut colligeret abeis
eleemosynas

elëemosinas. Illeuero timens eos ob inimicitias, quas cum illij exercuerat tempore paganismi; reuersus est, a suis ut eos prohibuisse elëemosinas, et uoluisse ipsum occidere. Quo audito Mahumetus cogitauit expeditionem suscipere contra eos. Sed illi cum uenissent, negauerunt uerum esse id, quod dixerat Validus de ipsis. Et ita erat: nam cum Mahumetus post illorum regressum, misisset ad eos Chaledu, reperit eos prorsus obsequentes sibi, ac fideles.

9. Quod si duæ factiones] Zelal: نزلت فى قضية هى ان النبى ص ركب حمارًا ومر على ابن ابىّ فبال الحمار فسدّ ابن ابىّ انفه فقال ابن رواحة والله لبول حماره اطيب ريحًا من مسكك فكان بين قومهما ضرب بالايدى والنعل والشعف

Hæc dicta sunt de quoddam accidens. Nam cum Mahumetus asino insidens iter ageret, transiuit per quendam locum, in quo erat filius Obaij. Cum autem asinus eius minxisset, obturauit filius Obaij nares suas. Dixitque illi filius Ruake: Per Deum, lotium asini eius, suauius est odore musci tui. Orta igitur inter utrumq; parte rixa, egerunt se percutere manibus, et crepidis, et ramis palmarum. Exigebatur scilicet ad huiusmodi quisquilias Oraculi Diuinum.

14. Nondum credidistis: uerumtamen dicite, Moslemi sumus] Dicenimen, quod assignant Mahumetani inter عدد الايمان seu credere, et الاسلام Islamismum, seu esse Moslemum: est quod primum spectet tantum ad cor, seu credulitatem internam: secundum autem ad professionem fidei, quæ sit externa religionis.

16. An docebitis Deum de Religione uestra?] Sensus est: Deus optime nouit, uerum in uobis sit fides: neque

indiget in hoc documento vestro: negj potestis eum dejicere verbis vestris.

Refutationes

1. Est prorsus contra omnem consuetudinem, et rationem, quod Nomothetæ in legibus condendis, non Reipublicæ bonum, sed privata commoda sua tantumodo curare videantur. At Mahumetus in toto fere Alcorano, nihil aliud agit, quam, ut vulgo dicitur, ut ad pristinum suum aquam deducat. Hoc apparet præcipuè in hac sura, in qua, cum animadverti-set, ad sui Arabibus, præsertim campestribus, non exhiberi sibi honorem illum, et reverentiam, quam studiosè nimis, ambi-tiosèq; affectabat: peculiares leges condit de cultu, abs: dominicis sui ipsius, decernens, ne quis coram se aliquid diceret, aut faceret, in quo ipsius nutum prævenire velle videretur: ne vocem, se præsente, efferret, sed submissè, humiliterq; loqueretur: ne secum communi ratione, et ut homines inter se consuevêrunt, ageret; sed majestatis sue rationem haberet, seque, ut aliquod Numen re-vereretur: ne proprio Mahumeti nomine, sed vel Prophetæ, vel Legati Dei ipsum appellaret: ne denique cum in Conclavi cum mulieribus suis lasciv-ret, ac delitiaretur, eum interpellaret; sed ante foret expectaret, donec libidine exsaturata, foras prodiret. Hæcine statuta sunt tanto Prophetæ digna? quando-nam Moyses in Pentateucho, vel Christus in Evangelio

aliquid

aliquid deceuit, quòd cubum, de uenerationem proprio
a populis exigeret. 3 quandonam congressus est, uel Moyses,
uel Christus, ve ad aures suis non honorificè tractari,
quandonam recusauit proprio nomine appellari. 3
quandonam intra conclauia ad propria delitias
à uulgi consuetudine, et ludibrio deduxit. 3 et tamen
eam Moysi, quam Christi Mahumetus se successore,
et imitatorem iactauit.

2. Persuadere suis Mahumetus, ne facilè fidem
habeant cuilibet, qui de alio criminosi aliquid enunciet. Verè
res se habet. Verum, dum hoc facit, ne per aliorum fraudes,
uel errorem ipse decipiatur (quemadmodum deceptus fuit
in eo, quod Validus falsò de Mastalekitij debellevas) non
solum se malum Prophetam esse ostendit, sed etiam ma-
lum iudicem, qui tam facilem auribus testi fidem præbeat.

3. Ridiculum est, prorsus indignum, quod grauissimè
Alcorani leges asinino ludibrio inquinentur. Quomodo uerò
Mahumetus, legem de huiusmodi rugis uiti à Deo
traditam fuisse, asserere non erubescit? fuit iam
diu in prouerbio, lis de umbra asini, ridicula sanè.
Verum lis Mahumeti, de unina asini, in Alcorano pro-
posita, ac decisa, obscena etiam est, maleq; olens,
ideoque mereatur, ut quicquid illam legit, uel audit,
non solum naues, sed aures etiam pugnidas

Sed parum refert, quòd ob tam friuolam occasionem Mahumetus
legem sanxerit, si aliquibus bona esset, & utilis. At maior pœna mali
causa dignus fuit. Nam cum duæ factiones inter se pugnarent, uix ui-
deri potest, quid iustius comperiri, aut quid melius decerni, quam

[illegible] debeat omnibus his casibus cum alterutra pars iuste uiuere
[illegible] condemnari, ut [illegible] quæ uis est, quæ pro [illegible]
sola iustitia? Accidet [illegible] non ob iustitiam, sed per preces, & per stra-
dia gratia, non ob iustitiam causæ, & de ira remedium ipso malo
peius inuehitur

سورة ق مكية
خمس و اربعون اية

S V R A L.

Q

Meccana: commatum XLV.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Q.
2. Per Alcoranum gloriosum.
3. Quinimo mirati sunt, quod uenerit ad se Predicator ex ipsis. Dixeruntq; infideles: Hic est res mirabilis.
4. An postquam mortui erimus, et facti pulueris, reuiuiscamus in uitam? hic reditus est longe remotus à uerisimili.
5. Iam nouimus, quid imminuat terra ex ipsis [i. quid deuoret, et consumat ex hominibus]: et apud nos est liber custoditus.
6. Atqui mendacium affinxerunt. Veritati [i. Alcorano] postquam uenit ad ipsos: quamobrem ipsi uersantur in negotio perturbato.
7. Nonne ergo non respexerunt ad cœlum supra se, quomodo fabricauimus illud, et ornauimus illud, et non sunt in eo rimæ?
8. Et terram extendimus, et iecimus

[illegible]

mus in ea mones, habiles: et germinave-ſcimus in ea
de omni ſpecie pulchra,
8. Ad proſpectum, et cognitionem omni ſeruo conuer-
tenti ſe ad nos. Et demiſimus è Elo aquam bene-
dictam, et germinare fecimus per eam hortos, et granum
meſis:
9. Et palmas ſublimes: quis ſunt ſparſe congeſte
ubique ſuy dalias, ad alimentum ſeruorum.
10. Et mundificauimus per eam [l. aquam] regionem
mortuam: ita ut egreſſus mortuorum è ſepulchris
11. Mendacij inſimulauerunt Legatos ſuos ante hos
Meccanos, populus Noë, et poſſeſſores Rasi, et Thamudi
12. Et Adi, et Pharao, et fratres Lot.
13. Et habitatores Aleiq, et populus Iobi. Omnes
hi mendacij inſimulauerunt Legatos: quamobrem iuſte
conuenit illis comminatio mea [l. pœna à me commina-
ta].
14. Anergo defeſſi ſumus in creatione prima? attamen
ipſi ſunt in dubitatione de creatione noua [l. de
reſurrectione].
15. Et iam quidem creauimus hominem, et ſcimus
quid inſuaueret in eo anima eius [l. quid cogitet]:
et nos uicinior ſumus illi, quam uena cardiaca.
16. Memento quando occurrent tibi duo occurrentes
[l. duo Angeli] à dextera, et à ſiniſtra ſedentes [ideſt
Recordij iacentis et moribundi].
17. Non proferet ullum uerbum, niſi apud ipſum ui-

eadem parabuer [i. quia hi duo Angeli potent illud].

18. Et ueniet angustia mortis cum uenitate: et dicetur illi ab Angelis: hoc est à quo declinabas.

19. Et insufflabitur in faciem: hoc enim dies comminationis [i. antea cominata].

20. Et ueniet omnis anima: cum ea erit Angelus duens eam, et testis contra eam.

21. Et dicetur infideli: Iam quidem fuisti in negligentia huius diei: atque dico peruenimus à te operimentum tuum: proinde eius tuus hodie erit aeturus [i. videbis quod antea non uidebas.]

22. Et dicet Angelus socius eius: Hoc est quod apud me fuit paratum [i. ego fui testis eius, quod tu feci]

23. Tunc dicet Deus duobus Angelis: Proijcite in Gehennam omnem infidelem, refractarium.

24. Prohibitorem boni, transgressorem, dubium in fide:

25. Qui posuit cum Deo deum aliam: proijcite, inquam, illum in supplicium atrocissimum. Dicet socius eius [i. Satanas]: Domine noster, non feci peruaricari eum ego: sed ipsemet fuit in errore longinquo [i. longe à uenitate]

26. Dicet illis Deus: Ne litigetis coram me: et iam preueni uos cum comminatione.

27. Non imitabitur uerbum apud me: neq; ego sum inique agens seruis.

28. Die illa dicemus Gehennæ: An repleta es? et dicet: An superest aliquid augendus?

29. Et

29. Et approximabitur Lauadisus Eÿs non longinquus
ab illis: et dicitur eÿ:
30. Hoc est quod promittebatur uobis, cuilibet conuer-
tenti se ad Deum, custodienti mandata eius:
31. Qui timuit Aliseratorem in absentia [1. licet ſ
uideret eum] Et uenit ad eum eum corde conuerſo.
32. Ingredimini illum [1. Lauadisum] eum pace. Hec
est dies eternitatis.
33. Vobis enit id, quod ablucenitis in eo: et apud nos
enit augumentum [1. addemus alia, que non postulastis]
34. Quotuero perdidimus ante eos [1. Medeanos], de
generationibus, que erant ualentiores his, robore? ex-
quirite porro in regionibus, an fuerit ullum effugium
illis ab ira nostra.
35. Profecto in hoc est sanè commonitio illi, cui
est cor, uel porrexerit aures, et ipse sentit testi. [in:
ydetur]
36. Etiam quidem creauimus Celos, et terram, et
quod est inter hec duo in sex diebus: neque tetigit nos
ulla defatigatio.
37. Sustinè igitur patienter ea, quod dicunt conuicte
38. Et celebra laudem Domini tui ante ortum solis,
et ante occasum.
39. Et in parte ex nocte [1. in principio noctis] lauda
illum: et comple postremas partes adorationis.
40. Et prebe auditum ad diem, qua aduocabit Ergo
[1. Angelus Israhel] homines ad iudicium e loco

propinquo.

41. Diem, qua audient clamorem I. sonum tubæ & ejus
veritatem. Ille ènit dies exitus mortuorum è sepulchris.

42. Nos quippe viuificamus, et mortificamus: et ad
nos erit reditus omnium creaturarum.

43. Diem, qua discindentur serva ipsis, ut exeant è
sepulchris velociter. Hæc congregatio erit apud nos facilis.

a. co 44. Nos scientissimi sumus de eo, quod dicunt infideles
Mecani: neq; ut ei vi ejus eos violentus coactor ad fidē

45. Itaque commonefac (per Alcoranum eum, qui timet
comminationem meam

Nota

Quæcunq; vigesimus primus Alphabeti Arabici, qui appellatur قاف Quaph, vel exigua, ex primis verbis huius suræ, quæ incipit Qaf, et alias est كثيرة vasta Mecanæ: quam-vis Zelal excipiat vicesimum decimum quintum: Oriente quidem excurrimus &: imò relinquas in dubio, Mecanæ ne sit, an Medinensis. Verum recensentur in eo quadra-ginta quinque, quamuis non omnes eodem modo illos distinguant. Qui hanc legerit, meretur laudem. صلوات الله عليه وسلامه, facilitatis illi Deus angustias mortis, et angustias vitæ.

Qui Quaph vocavit, vide vicesimum primum significat, vicesimo plenitudo est apud Arabes: et Zelal mentem non percepit; Qui Arcamedo vide vigesimum primum, et vigesimo tertium.

Ut dixi

Jahias hæc habet: تفسير بعضهم هو جبل محيط بالدنيا: قال محمد وروى
عن بن عباس انه قال هو جبل اخضر من زمرد خضر السماء منه
Exponunt quidam, hunc esse montem, qui circumdat orbem terræ.
Dixit Mohamed: Et habetur ex relatione, quod dixerit
Ebn-abas, hunc esse montem viridem factum ex smaragdi,
ex quo Cælum etiam contraxit virorem. Aliqui expo=
nunt, قضي الامر: decisa est res: nempe, supplicium
Mecanorum. Dedomnes temere divinans.

2. Lex. Alcoranum gloriosum] Iterum iurat Deus per
Alcoranum. Quid deo' iuret, prorsus ignoratur. Curant
quidam, iuramentum cadere supra id, quod continetur
in significatione characterij illius obstinatij. Sed Zelal
refert ad aliquid subsequens, quod ex apostasia vehe=
et pertas subintelligi ما امن كفار مكة. محمد non crediderunt
infideles Mecæ in Mahumetum. Sed nihil ad hoc opus
erat iuramento Dei.

6. Versantur in negotio perturbato]. Quia nimirum de Alcora=
no, eiusq; authore Mahumeto diuersimode loquebantur, ne=
scientes aliquid certi affirmare. Verum scribit Zelal: قالوا
مرّة ساحر وسحر: ومرّة شاعر وشعر ومرّة كاهن وكهانة
aliquando dicebant Mahumetum esse magum, et Alcoranu
magiam: aliquando hunc esse Cöetam, illum pöesin:
aliquando tandem hunc vocabant Aniolum, illum vero
aniolationem.

9. Ipsis sunt spathæ congestæ] Vox Arabica ^ non solum
spathas palmarum congestas, sed etiam flores, et fructus,
vel folliculos palmarum significat

11. Concessores Rassi] Iam supra vidimus ex Gelalis explicatione, Rassium fuisse puteum quendam, iuxta quem consistebant indigenæ cum pecoribus suis. Colebant autem Dola: et Prophetam eorum dicunt quidam fuisse Handalam filium Sephuani: alij alium.

13. Habitatores Ateiæ, et populus Sobbai.] Vide supra, ubi diximus Ateicam situam esse in Madian, ubi iuxta dicentis Scioaib, seu Iethro. Sobbaus vero fuit Rex in Arabia Felici, de quo asserit hic Gelal: اسلم ودعا قومه الى الاسلام فكذبوه: fuisse Mosleman, et vocasse gentem suam ad sectam Mahometanam, seu Islamismum: sed a suis tamquam mendacem reiectum fuisse.

15. Vena cardiaca] Arabice جبل الوريد: est, iuxta Gelal, uena in cervicis latere, seu planitie

+ 16. Sedens] debet coniungi cum uerbis sequentibus

18. An supervest aliquid augendum?] Arabice هل من مزيد An de augmento? Sensus est, iuxta Gelal: Iam plenum: et ad hoc ut alios capere possim, deber augeri spatium meum. Sed fortasse legitima explicatio esset, ut responderet Gehenna, se nondum esse plenam, et posse alios capere, si addérentur.*

* Notandū autem dic, quod in codicy habeat تقول, dicit: nempe Gehennæ: ita ut Rex sit relatus ad Gehennā. Alij autem habent تقول dicentes, ut Gehennæ. Alij Gehennæ. Sed prima lectio approbanda videtur ut melior

36. Neq; tetigit nos ulla defatigatio] Gelal: نزل ردا على اليهود فى قولهم ان الله استراح يوم السبت وانتفاء التعب عنه: Dicta sunt hæc contra Iudæos, qui dicebant, Deum requieuisse die Sabbathi: ad negandum laborem, uel fatigationem de Deo. Sed non est credibile, Iudæos ita euasos fuisse, ut putarent Deum in creando Cælum, et terra defatigatum fuisse, quamuis Moyses asserat illum die septimo

septimo requieuisse ab opere suo. Hec enim requies Dei non fuit ex labore, uel defatigatione, sed ex cessatione ab alijs operibus creandis.

3g. Et complet postremas partes adorationij] Crant ne due adorationes, seu incurbationes spontanee, que non prescribebantur a' Lege: et fiebant post alias incurbationes prescriptas in Oratione uespertina, uel matutina: sicut, ut alij dicunt, post quamcunq; orationem de precepto.

4o. E loco propinquo] Explicat Celal: وهو قريب من السماء
Locus, qui est uicinior Celo, quam alius locus terre: et est saxum, seu rupes Domus Sancte idest Jerusalem, seu templi. Ex hoc scilicet loco aduocabit Israphel mortuos ad iudicium.

Refutationes

Que in hac sura refutationem exigerent, iam supra non semel refutata sunt. Quamobrem, ne sepius eadem eum Lectoris nausea, contra Alcoranum, et Mahumetum regeram: ab ijs deinceps confutandis abstinebo, que in superioribus suris satis superq; reiecta sunt.

Illudunum hic notandum occurrit: Mahumetum ut impietati sue religionis personam inducat, ac perfidie sue fidem conciliet, omnium iudicij tam parieulavij, quam generalis ob oculos aliorū spectaculum ponere, quasi ipse etiam illud pre oculis suis haberet. Ita scilicet simpliciores ac rudiores facilius fallere se posse sperabat. Sed hoc ipsum tot nugis, ac fabulis immiscet, ut impostura ac fraudes suas eglarte non potuit.

42

سورة الذّاريات مكّية
ستون اية

SVRA. LI

SPARGENTES.

Meccana: comma. =

tum LX.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Per *Spargentes sparsione*:
2. *Perque portantes onus.*
3. *Et currentes facilitèr.*
4. *Et dispertientes rem.*
5. *Profectò quod uobis promittitur, est sanè uerum.*
6. *Et certè Iudicium sanè est euentuum.*
7. *Per Cælum habens strias* [i. *semitas uelut strias in arenis*].
8. *Certè uos ô Meccani, sanè estis in dicta discordi* [i. *discordes estis inter uos circa Mahumetum, et Alcoranum*]
9. *Auertetur ab eo* [i. *Alcorano, uel Mahumete* | *qui auersus fuerit iam à Deo in præscientia ipsius.*
10. *Occisi sunt mentitores* [*occidantur*].
11. *Qui* ~~tenentur~~ *sunt in abysso aquarum* [i. *ignorantia laborant*] *negligentes res futuri sæculi.*
12. *Interrogant Meccani Mahumetum quòcum: Quando*

nam

nam erit dies Judicij?

13. Erit die, qua ijrsi super ignem disperdentur.

14. Et dicetur illis: Custodite sacramentum vestrum: hoc est, quod vos in Mundo Tudentes accelerari cupiebatis.

15. Porro Ej morabuntur in horrij, et fontibus,

16. Accipientes id, quod dedent ej Dominus eorum: quippe ijsi fuerunt ante hoc benefacientes.

17. Erat exiguum ex nocte id, quod dormiebant.

18. Et in matutinis ijsi peccatorum suorum veniam postulabant

19. Et ex facultatibus suis debita portio dabatur mendicanti, et prohibito quovis à mendicando

20. Et in terra sunt signa Divinæ potentiæ, firmiter evidentibus.

21. Et sunt etiam signa in animabus vestris. Intuemini vestra?: an ergo non aspicitis?

22. Et in Cælo est alimentum vestrum & pluviam; et id, quod promittitur vobis eiusq; præmium, et pœnam, veri plum est in eo.

23. Itaque & Dominum Cæli, et terræ juro, quod hæc est sanè veritas instar id, quod vos hic loquimini.

24. An venit ad te narratio hospitum Abrahæ honorificorum?

25. Cum ingressi sunt ad eum, et dixerunt: Pax. Respondit: Pax. Sunè dixit intra se: Hi sunt homines ignoti.

26. Et declinauit ad uxorem suam Saram: et adduxit vitulum saginatum.

27. Obtulitq;

27. Obstupuitque eum illij. Cum autem non comederent,
dixit: An non comeditis?
28. Concepitque ex eis timorem. Dixerunt: Ne timeas.
Et annunciauerunt ei adolescentem scientem [1. prouidum]
serunt ei Isaac, qui fuit peritus magna scientia]
29. Aduenit autem uxor eius cum clamore, et palmis
edebat faciem suam, et dicebat: Ego sum uetula, sterilis.
30. Dixerunt ei Angeli: Ita dixit Dominus tuus: certe
ipse est Sapiens, Sciens.
31. Dixit illis Abraham: Quodnam porrò est negotium
uestrum, ò Legati.?
32. Responderunt: Nos sanè missi sumus ad homines
sceleratos [1. ad gentem Sodomę].
33. Vt mittamus sup eos lapides ex luto [1. latereos]
34. Signatos apud Dominum suum peccantibus
[1. impressos nomine eorum, super quos proijciendi sunt]
35. Eduximus ergo qui erant in ea urbe ex fidelibus.
36. Et non inuenimus in ea nisi unam domum ex
Moslemis.
37. Et subuertimus eam, et reliquimus in ea signum
ruinę illius proijs, qui timent pœnam dolorificam.
38. In Moyse quoque fuit signum potentię nostrę, cum
misimus eum ad Pharaonem cum potestate manifesta.
39. At ille peruersatus est cum exercitu suo, et dixit:
Hic est magus, aut demoniacus.
40. Itaque sustulimus eum, et exercitus eius, et proije
cimus eos in mare, et ipse erat reus.
41. Et in Aqis

الجزء السابع والعشرون
Pars vigesima septima.
a.

41. Cui Deis etiam fuit signum, cum mittimus contra eos uentum tenuem.

42. Non attingebat rem ullam, sagra quam adueniset, quin redderet eam ueluti rem putridam, et cominutam.

43. Etiam in Themudeis fuit signum, quando dictum fuit illis: Fruimini usque ad tempus.

44. Illi uero superbe transgressi sunt preceptum Domini: quamobrem sustulit eos clamor Gabrielis è Cælo: et ipsi uidebant [l. perierunt tempore diuno].

45. Neque potuerunt stare: neque fuerunt sese defendentes.

46. Et gentem Noë ântea pertidieramus: quippe ipsi erant homines preuaricantes.

47. Et Cælum, edificauimus illud cum potenti uirtute: et nos sanè fuimus ampliantes illud.

48. Et terram substrauimus illi: et euge complanantes [l. sapientissimè illam in modum Lectuli complanauimus]

49. Et ex omni re creauimus duas species, ut uos erudiremini.

50. Confugite itaque ad Deum: certè ego sum uobis missus abeo commonitor manifestus.

51. Et ne ponatis cum Deo deum alium: certè ego sum uobis missus abeo commonitor manifestus.

52. Ita non uenit ad eos qui fuerunt ante hos ullus Legatus; quin dicerent: Magus est, aut demoniacus.

53. An ex testamento successiuè reliquerunt sibi hoc? atqui ipsi sunt homines exorbitantes [l. Mecani sugerant eos in impietate.

pietate.

54. Recede ergo abeij: neque ideo tu eris exprabilis, cum iam satis commonuerij eos.

55. Et comonefac [i. et tamen ne cesses legere Alcoranum], nam hęc commonitio prodeit Fidelibus.

56. Et non creaui Genium, et Hominem, nisi ut serui=
*57. vent mihi. *Non uolo ab eis quidquam alimenti: neque uolo ut cibent me.

58. Quippe Deus est Actor, habens uirtutem firmam.

a.c 59. Dowò ęt illis, qui iniquè egerint dabitur portio pęnę sicut portio sociorum suorum [i. similium ipsis in impietate]: neque expętent accelerari eam, sicut modo expetunt id irrisorię.

60. Vęh autem ijs, qui non credunt, à die eorum [i. à die Judicij, uel supplicij], qui ipsis comminatur.

Note

Inscribitur Sura à prima illius dictione: et conuenit communiter esse Meccanam, et uersibus sexaginta constare. Promittuntur Lectori, ريح عشر حسنات بعدد كل طبّت وجرت, decem bona, iuxta numerum cuiuslibet uentis spirantis, et curretis

1. [Per spargentes sparsione]. Iam hoc loco, quam in tribus sequentibus uocibus Arabicè ponuntur omnia in genere fœmineo. Et per Spargentes intelligunt communiter Interpretes uentos, qui pulueres, et alia. leuiora dispergunt. Per Portantes onus: nubes, quę portant aquam. Per Currentes facilitèr: naues, quę à mare

decurrunt

decurrant. Per dispergientes vim: Angelos, qui distribuunt singulis uictum. Nimirum quatuor lge iuxta Deus, uerum esse quod in Alcorano promittitur de die Judicij, ac mortuorum resurrectione: quemadmodum mox iurabit Celum, Mecca= nos discordes esse inter se circa Alcoranum, et Mahumetis

10. Occisi sunt] Arabicè قُتِلَ: exponit Celal لُعِنَ. male= dicti sunt. Lute accipiendum, more Arabico, imperatiuè, seu per modum imprecationis, occidantur, uel, maledicantur.

13. Hæc est ueritas, iuxta id quod uos certè loquimini]. Expli= cat Jahias هذا القرآن لحق: Hic Alcoranus est sanè ueritas. Atqui Meccani, etiam ex dicto Mahumeti, nunquam dixerunt, Alcoranum esse ueritatem; imò id semper constanter nega= uerunt. Exponit Celal: مثل نطقكم في حقيقته اى معلوميته عندكم صدورة منكم: iuxta loquutionem, seu ratiocinationem uestrá de ueritate eius, idest cognoscibilitate eius apud uos; quæ ne= cessariò prouenit à uobis, quasi am patiens non iam uerbis testari. Deo hoc etiam repugnat totiès dictis in Alcorano.

14. Hospitum Abrahæ]. Celal: وهم ملائكة اثنى عشرة او عشرة او ثلاثة منهم جبرائيل. Erant hi Angeli duodecim, uel decem, uel tres: ex quibus unus erat Gabriel.

19. Et ex omni re creauimus duas species.] Dictio Arabica زوجين significat proprie duos coniuges, seu duo coniugata. Hic significat duo inter se relatiuè, uel alio modo opposita: quæ exemplificat Celal: كالذكر والانثى والسماء والارض والشمس والقمر والنور والظلمة والسهل والجبل والصيف والشتا والحلو والحامض: exempli causa, masculum, et fœminam: Cælum, et terram: Solem, et Lunam, lucem, et tenebras: planitiem, et montes:

estatem, et hyemem: dulce, et amarum. Verum in nubibus non est hoc coniugium reperire.

Refutationes

1. Non satis fuit Mahumeto, Deum per Alcoranum, per Angelos, per Cesum iurantem inducere: per uentos etiam, per naues, per nubes, et alia uisibra illum iurare fauit, per que uisiurandum conijcere nullus homo, nisi uel insanus, uel impius auderet. Si enim, quia in his Dei potentia, uel aliud attributum eluceat, fas est per ea iurare: Licebit etiam per formicas, museas, culices, et pediculos iurare: cum in his forsitan non minus quam in uentis, nauibus, et nubibus Diuina potentia, et sapientia suo modo refulgeat. At quis, nisi insanissimus hoc admittat, presertim in iuramento, quod a ipso Deo conijciatur. Vide que de hac re fusius in Pentateuch. cap. 714. et sequentibus differuimus.

a. nisi forte expressum iuramentum cadat in aliquod attributum Dei, quod in tali creatura eluceat

2. Vlas uias, seu semitas illis similes, quas in aeris, uel aquis uentus effingat, gratis omnino, et absque ullo fundamento in Cesis Mahumetus confingit. Nequeunt enim huiusmodi uiæ ad stellarum itinera, ut fabulantur Arabes, exigantur. Nam stellæ firmamenti fixæ sunt, et immobiles. Errantes uero Sydera, que in reliquis orbibus reperiuntur, non egent uijs, uel semijs ad cursum suum peragendum, cum, iuxta ueriorem sententiam ab Intelligentijs moueantur: et preterea Cæli uias omninò planas, ac leues, et per quamlibet earum partem posse esse Sydentibus iter expeditum.

* Quæ sequuntur usque ad finem paragraphi non sunt in uulgatis exemplaribus interpretis nostri.

At enim

At enim, nè errarent in eum, ritij illis ęgerunt. Mirum quin Deus singulis sydenibus etiam anteambulonem addidenit, cum oculij careant, et ęgeo modo per eum magenz.

3. Coniugium illud, quod Alcoranus fingit in eunetęj verbis, est prorsus falsum. Nam si sermo sit de substantia verum, quodnam coniugium habet lapis, lignum, aurum, frumentum ę, nisi forte quia uanię, ac multiplicej eorũ speciej inueniuntur? sed hoc non est esse زوجين duos coniuges, seu duas tantùm speciej. Si autem sermo sit de qualitatibus, seu alijs accidentibus, uel de qualibet alia oppositione: tùm uerò ualdè friuolum erit huius=modi coniugium: ita enim stipula, et plumbum dici poterunt coniuges: quia hęc leuis, illud graue: hęc clara, illud obscurum: hęc calidę, uel siccę qualitatis, illud frigidę, uel humidę: hęc igne comburitur, illud liquëscit. ~~Denique quorumlibet, et quorumlibet.~~

4. Non est prętereundum, eum tam uanum, quam falsum iuramentum iuxtę naturæ illicitum sit: utrumque tamen Deo hic tribui. Primum, eum iurat per eum, Mecanos inter se discordes esse in iudicio de Alcorano: quę res erat per se adeo nota, ut nullo opus esset iureiurando, prorsus Diuino ad eam persuadendam. Secundum eum iurat per Dominum Eli, et Jesum, nempe per se ipsum, Mecanos fatęri Alcoranum esse uenitatem: quod falsum prorsus erat, ut constat ex perpetuo Alcorani ipsius testimonio.

5. In historia hospitum Abrahę, duo præcipuè pedem Alcoranus. Primum, quod hospites illi appositas dapes

comedere renuerent, cum ex Centareuchi oppositum habeat: Secundum, quod Java, audita promissione koopitum de concepta filij, tamquam fanatica exiit e tabernaculo & insanè vociferans, manibusque faciem verberans, non secus, ac si ab Angelij insignem aliquam iniuriam accepisset. Videamus vtrum in hoc Meovanus cum Centareuchi conueniat. Ex vita Centareuchi Gen: cap. 16: Quo audito, Java visit post hostium tabernaculi occultè dicens: Post quam consensi, et Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Vbi hic vociferationes ille Meovani? vbi percussio faciei? figmenta hæc sunt, et delira Mahumeti; quemadmodum lapides illi, seu Lateres signati nomine eorum, super quos in Sodomij erant projiciendi

سورة الطور مكية
تسع واربعون اية

SVRA LII.

MONS.

Meccana: commatum XLIX.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Per *Montem*.

2. Et librum descripsum.
3. In membrana expansa.
4. Et Dominum visitatam.
5. Et fletum elevatum [l. Celum]
6. Et Mare plenum.
7. Certè signa Domini sui sanè est ultura
8. Non erit illi ullus repellens [l. impediens eam]
9. Hiè, qua undequaque commouebitur Cælum hinc illinc se agitando.
10. Et ambulabunt montes ambulando.
11. Veh autem die illa mendacij insimulantibus legatos.
12. Qui in pervadando lubebant [l. in vanis discessionibus circa Aleovanum tamquam in vado ludentes tempus terebant]
13. Hic, qua projicientur in ignem Gehennæ propulsione
14. Et dicetur illis: Hic est ignis, quem tamquam fictum negabatis.
15. An ergo prestigium est hoc? an vos non aspicitis?
16. Ingredimini assandi in eum. Vtrò sive patienter feratis, sive non patienter feratis, æquale erit vobis [l. unum, atque idem erit]. Profectò recipietis mercedem illius, quod fuistis operati.
17. Vtrò Cij versabuntur in hortis, et delicijs.
18. Oblectantes se se in eo, quod dederit illis Dominus eorum: et liberabit eos Dominus eorum à pœna Inferni.
19. Et dicetur illis: Comedite, et bibite iucundè ob id quod fuistis operati.
20. Accumbentes suis lectulos in seriem dispositos. Et coniuga-

coniugabimus eos cum pueris amplos, pulchrosque oculos habentibus.

21. Qui autem fideles fuerint, et secuti fuerit eos progenies eorum in fide: adiungemus eij in Paradiso progeniem eorum; et non imminuemus eis de opere eorum quicquam mercedis. Omnis homo pro eo, quod acquisierit est pignori damnus [i. vel pretij pignus, vel premium].

22. Et ampliùs præbebimus eis poma, et carnem ex eo, quod desiderabunt.

23. Præbebunt sibi inuicem in eo [i. Paradiso] calicem vini: non erit sermo futilis in eo, quamuis multum bibant: neque impulsio ad ullum flagitium.

24. Ibunt autem in gyrum circa illos adolescentes illij destinati, ita pulchri, ac si ipsi essent margaritæ in conchijs custoditæ.

25. Et accedent alij eorum ad alios, et sese mutuò interroga-bunt.

26. Dicent: Nos certè fuimus antea in Mundo de familia nostra solliciti.

27. Propterea beneficus fuit Deus super nos, et liberauit nos à pœna ignis ardentis.

28. Certè nos antea inuocabamus eum: quippe ipse est Beneficus, Misericors.

29. Cognosce ergo ô Mahumete Infideles. Porrò tu non es per gratiam Domini tui, amabilis, neque dæmoniacus.

30. An dicent: Est poeta? expectabimus, anxiè in eo necessitatem mortis sui.

31. Die

31. Hic illis: Anxiè expectate interitum meum: quippe ego quoque ero uobiscum exanxiè expectantibus interitum uestrum.

32. An præcipiunt illis omnia eorum hoc, quod loquuntur contra se? an ijsi sunt homines exorbitantes?

33. An dicent: Ingeniosè confinxit eum. [i. Alcoranum]

4 a Atqui non credunt. * Affirmant porrò narrationem sicut hanc [i. Alcoranum similem huic] si sunt veraces. * 34.

35. An creati sunt ex nihilo? an ijsi sunt creatores [36. sui ipsorum].

36. An creauerunt Cælos, et Terram? b Atqui certè non credunt firmiter Deum creasse illos.

37. An apud eos sunt promptuaria Domini sui? an ijsi supremo imperio sunt præditi?

38. An est illis scala, ut audiant ascendentes in Cælum per eam colloquia Angelorum? ueniat porrò audiens eorum [i. ille, qui dicat, se audiuisse] cum potestate manifesta [i. cum argumento clario huius rei]

39. An sunt illi [i. Dei] filiæ: uobis autem filij?

40. An petes ab eis mercedem prædicationis tuæ? atqui ijsi ex ære alieno sunt grauati, et debitores tibi.

41. An est apud eos Arcanum [i. Scientia rerum arcanarum]? atqui ijsi scribunt.

42. An uolent cœlum struere contra te? at qui infideles fuerint, ijsi technis superandi sunt.

43. An est illis Deus aliquis præter Deum? Laus Deo [i. procul abest Deus] abeo, quod associans illi.

44. Quod si uiderent frustum è Cælo cadens [i. aliquam

a. propterea ...

b. propterea ...

54

partem Chi cadere supra se] dicevens: Hecest nubes congle=
mérata, neque propterea éveberens.

45. Relinque ergo eos, donec incidans in diem illam, in qua
pereant:

46. Diem, in qua non prodenis illis secreta sua quidquam:
neque ipsi adiuvabuntur.

47. Et quidem illis, qui iniquè egerint, erit pœna alia præter
hanc [nempe fames, vel bellum]: verum plerique eorum
nescient.

48. Sed patienter sustine iudicium Domini tui circa eos:
tu sane es in oculis nostris: et celebra laudem Domini
tui quando mane consurgis.

49. Et ex nocte [i. in parte, seu principio nocturno] landa eum, et
in postremitatibus stellarum [i. in occasu earum, circa
Auroram]

Note

Hæc item Sura, ut aliæ quædam, a prima sui dictione titulum
sortitur. Meccanam omnes faciunt. Versus nonem supra
quadraginta comuniter in ea enumerantur. Præmium Lectō=
ris hoc ponit Zamchascenius من قراء سورة والطور كان حقًا على الله
ان يؤمنه من عذابه وان ينعمه في جنته. Qui legerit Suram, Per Montem;
debitamente Deus, ut verum reddat eum a pœna sua, et
forte faciat illum in Paradiso suo.

1. Per Montem] Exponit Selal: اي جبل الذى كلم الله عليه
موسى ع ؟ idest, Montem, super quem Deus allocutus
est Moysen, cui sit pax: nempe Synai. Eodem modo
Zamchascenius

Zamchasenius, qui addit, hunc montem situm esse in Madian. Jafias putat intelligi Montes in genere. Vox autem טור Tur, Syriaca est, non Arabica, et communiter accipitur pro Synai, quasi per Antonomasiam. Hodie etiam Tabor hoc nomine appellatur

2. Et Librum descriptum] Exponit Gelal: التوراة او القرآن: Pentateuchum, vel Alcoranum. Jahias intelligit solum Alcoranum. Zamchaserius: الكتاب الذى تُكتبُ فيه الاعمال ليوم القيمة وقيل هو ما كتبه الله لموسى وهو يسمع صرير القلم وقيل اللوح المحفوظ وقيل القرآن: Librum illum in quo scribuntur opera hominum, proferendum in die Resurrectionis. Alij dicunt esse Librum, in quo Deus scripsit legem Moysi, audiente ipso Moyse stridorem calami, quo Deus scribebat. Alij dicunt esse Tabulam extensam: Alij Alcoranum. Sed hunc ultimum negat Zamchaserius.

4. Et Domum visitatam] De hac Domo ita Gelal: هو فى السماء الثالثة او السادسة او السابعة بحيال الكعبة يزوره كل يوم سبعون الف ملك بالطواف والصلاة لا يعودون اليه ابدا: Hæc est in tertio, vel sexto, vel septimo cælo e regione Templi Mdecani, quam ingrediuntur quotidie septuaginta millia Angelorum, circumeuntes eam, et orantes in illa: et nunquam redeunt ad eam amplius. Jahias limitat hunc reditum الساعة حتى تقوم الساعة usque ad diem Judicij. Et addit, hanc Domum vocari الضراح Serah; idest, puram, vel, omnibus patentem. Deinde refert hæc ex Corana: قال الله عز وجل لادم اهبط معك بيتى يُطاف حوله كما يُطاف حول عرشى فحج ادم ومن بعده من الموحدين فلما كان زمان الطوفان رفعه الله وطهره من ان تكيده عقوبة اهل الارض فصار معمور السماء فتتبع ابراهيم الاساس فبناه على الاساس قديم كان قبله

Dixit Deus Corens, et Honosus ad Adam: O Adam, descende.

faciam reum Domum meam, ut supplicatis fiat circa illam, quemadmodum fit in circuitu Throni mei. Inuisit autem eam Adam, et posteri eius fideles peregrinando ad illam. Aduenientes autem illuc, eleuauit eam Deus, et pinnificauit eam, ne in ruina extrema habitatorum terræ periret. Facta est igitur Domus uisitata in Cælo. Abraham uero fundamenta eius perseuerauit, edificauit super ea domum similem antiquæ.

a. 5. Et Lectum eleuatum.] Iam notauimus, per hoc intelligi Cælum, quod supra terram eminet. Quantum autem Cælum distet à terra, ita pronunciat, sed absque ullo fundamento Jahias: بينها وبين الارض خمسماية عام: A terra ad Cælum est spatium uiæ quingentorum annorum.

6. Et Mare plenum] Asserit Jahias haberi ex traditione, dixisse Aly. generum Mahumeti, hoc Mare plenum non esse in terra, sed in Cælo.

20. Accumbentes super Lectulos in ordinem dispositos] Explicat Selal: بعضها الى جنب بعض: posito uno iuxta alium. Notat hic Jahias haberi ex celeberrima traditione, Mahumetum dixisse: لرجل من اهل الجنة ليتنعّم فى تكاة واحدة سبعين عامًا فيناديه ايتها منها واحمل من غرفة الخرى امّا ان لنا منك دولة بعد فيلتفت اليها فيقول من انت فتقول انا من اللاتى قال الله فلا تعلم نفس ما اخفى لهم من قرة اعين جزاء بما كانوا يعملون فيتحوّل اليها فيتنعم معها فى تكاة واحدة سبعين عامًا فهم كذلك يلدورون: Illi, qui Paradisum obtinuerit, dabitur delitiari in uno accubitu septuaginta annos. Deinde audiet dicentem sibi: Eus surge hinc, et transfer te in aliud Cenaculum, nam tecum temporis

circuitum

circulum expletura sum. Ille vero ad longuentem conversus, rogabit, quenam sit. Respondebit illa: Ego sum ex illis quel= lis, de quibus dixit Deus, non posse quemquam comprehendere quantam voluptatem allaturi sint viris, qui bona egerunt, in Paradiso. Sane ille applicabit se ad eam, et deliciabit cum illa in uno accubitu per septuaginta annos. Exita per gyrum mutabunt accubitus in Paradiso: ac proinde etiam puellas.

30. Necessitatem qui] Arabice ريب المنون, explicatur a Zelale, حوادث الدهر فيهلك كثيرون من الشعراء: accidentia temporis, vel qui: nam male peribit, sicut egteni Coeg. Croyné'ii= gnificat, incertum qui, vel temporis diuturni.

41. At ipsi sciunt] Nimirum, ut explicat Zelal: يكتبون ذلك حتى يمكنهم منازعة النبي في البعث وامر الاخرة بزعمهم sciunt hoc (id est arcanum) ut possint disputare cum Mu= humeto de Resurrectione, et rebus futuri seculi iuxta pro= priam opinionem. Nimirum si hoc arcanum scirent, non egerent scriptione eorum.

44. Frustum è Cielo] Adeo scilicet feriendos, ut explicat Zelal.

Refutationes

1. + Iuramenta nimis frequentia, vel otiosa in hominibus vitiosa, et culpabilia esse, nemo unquam dubitauit. Quanto magis in Deo? praesertim facta per res tenuissimas, et Maiestate Diuina prorsus indignas. Tedesto sepe iuret Deus ad diuersa testranda: nonne otiosum, ac stultum est ad unicam rem confirmandam, tot iuramenta congerere?

+ Quid facit cum illo, qui chordam per obscuram eadem; nihi= tur ei eundem semper hypothe= sin?

nimirum, per Montem Synai, per Librum scriptum, per Domum habitatam, per Tectum elevatum, per mare plenum? nonne si hominem tot iuramenta pro una re asserenda proferentem audiremus: insanum illum, vel impium existimaremus? Mulierculatum est, et puerorum, qui mendacijs delectantur, ita iuraiuranda congestare, ut saltem multitudine iuramentorum, mendacij nij fidem aliquam acquirant. Si semel Deum in testem veritatis vocasse satis est ad faciendam fidem: neque si millies iterum adhibeas satis erit. Porrò tam in veteri Testamento, quam in nouo, frequentia iuramenti Diuina authoritate damnatur. Quamobrem in Ecclesiastico cap. 23. Legimus: Vir multum iurans, implebitur iniquitate, et non discedet à domo illius plaga. Et: Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. Et cap. 27: Legnela multum iurans, horripilationem capiti statuet: Et irreuerentia illius obstruetur domus. Christus etiam non solum frequentiam iurandi, sed etiam iuramentum extra necessitatem omnino improbauit. Quamobrem Matthei cap. 5. Legimus hæc illius verba: Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per Cælum, quia Thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Ierosolymam, quia Ciuitas est Magni Regis: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Eadem prope verba habet Sanctus Iacobus in Epistola sua cap. 5. Videtur autem per hoc damnari abusus iurandi per aliud, quam per Deum, aut nomen eius, per quod tantum præcepit Deus

iuramenta

iuramenta. fieri in Deuter. cap. 6: Dominum Deum tuum timebis, et illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis, et profecto nunquam in Sacris Literis legimus, homines fideles iurasse, nisi per Deum, aut per nomen eius. Nam per creaturas iurare est res valde suspiciosa: quamuis enim in illis relucat aliquod Dei attributum, videtur tamen tribui illis aliqua Diuinitas: quamobrem huius=modi iuramenta ab infidelibus ut plurimum usurpari con=sueuerunt. Hinc potest unusquisque cognoscere, quam conformis sit Alcoranus, et Mahumeti doctrina Euangelio, id, quod tam sepe iactat Mahumetus Impostor.

2. Redit in scenam Paradisus Mahumeti, in quo semper aliquid noui est animaduertere. Etenim hic preter lectulos, puellas, poma, uina, aliaque huiusmodi oblectamenta, et illecebras: carnes etiam mensis apponuntur. Verum quasnam, aut undenam in Paradiso Beati carnes habebunt? erunt ne ibi greges ouium, et caprarum, et armenta boum, uel canines, qui ea possint mactare? Atqui etiam vitulæ, et pastores, et Coqui, et popinæ ibi reperientur. Imo et ad exonerandos uentres latrinæ erunt necessariæ. Dei facile lege omnia Mahumetani concedens, cum uideant ex Alcorano Paradisum à Caponijs, et Macellis non differre.

3. Vt probet Mahumetus Meccanis, Alcoranum non esse aliquid à se, uel ab alio confictum, sed à Deo traditum: provocat eos ad aliquid par, uel simile confi=ciendum: quasi uero hoc illis prorsus impossibile esset

fuisuam. Hoc argumento tanquam omnium maximo, peni=
tusque ineluctabili utuntur Mosemi ad Alcorani miracula
asserendum, et Mahumeti propheticum munus demonstrand.
Veram quam levem, frivolum, et stramineum huiusmodi
argumentum sit, iam supra sepius demonstravimus.
Sed quid ad hoc probandum rationibus opus est? satis
est, Alcoranum ipsum legere, et illius ineptias, fabulas,
mendacia, pervarbatum ordinem, claudicantes, maneasque
periodos, frequentissimas contradictiones, nullam rerum,
aut verborum connexionem, earundem rerum assiduam
cantilenam, commata perpetuo inequalia, et a tali huius=
modi animadvertere, ut nulli dubium esse possit, utrum
Alcoranus sit Liber Dei, an vero Mahumeti, vel alicuius
nebulonij figmentum.

a.

4. Jactat Mahumetus, se esse in oculis Dei: nimirum,
adeo se semper videri, et tanquam pupillam oculi custo=
diri, quemadmodum Mahumetani Doctores exponunt. Verum
nescio quam bene vidit, et custodivit eum Deus suus,
cum in bello Chod excussi sunt illi duo dentes, et enormiter
sauciata, ac fedata facies eius: et cum in cuiusdam harmo
a femina Judea sibi tradito (quippe huiusmodi harmo=
rum assorum amedipsimus erat) venenum illud in=
ebus hausit, quo non post longum tempus misere
interijt. Neque reponant Mosemi, Christum etiam, et Prophetas,
qui in oculis Dei erant, huiusmodi infortunia subijsse: Nam
Christus sponte, et pro humani generis salvando passus est. Nullus
vero Prophetarum pro ingluvie, vel libidine explenda, vel

pro

imperio armis dilatando uulnera, aut necem subijt, quem-
admodum Mahumetus, sed pro ueritate, iustitia, et Religio-
ne asserenda: pro quibus penas, uel mortem pati, glorio-
sissimum semper ab omnibus existimatum est. Neque
illius magis esse potest in oculis Dei, quam qui pro
illius gloria, sanguinem, ~~pro~~ arma que profudit

سورة النجم مكية
اثنتان وستون اية

SVRA LIII

STELLA

Meccana: commatum

LXII.

In Nomine Dei Miseratoris ~~cordis~~ Misericordis.

1. Per *stellam, cum occubuit.*
2. *Non errauit* Mahumetus *sodus uester, neque decepit*
est.
3. *Neque loquitur ex* Jehu *proprio.*
4. *Non est id, quod loquitur, nisi reuelatio, quę reuelatur ei*
5. *Docuit eum* Gabriel, *ualidus robore.*
6. *Prędituus uiribus: tum consedit adequate.*
7. *Erigere in horizonte altissimo stabat.*

8. Deinde appropinquauit adeum: tum propius accessit.
9. Tum fuit uicinus per introitum duorum adituum, aut uicinior hoc
10. Reuelauitque uerus suo id, quod reuelauit.
11. Non finxit cor Mahumeti id, quod uidit.
12. An ergo disceptatitis cum illo de eo, quod uidit?
13. Et iam quidem uidit eundem Gabrielem uice altera.
14. Iuxta Lotum Termini.
15. Iuxta eam [i. Lotum] est hortus receptaculi.
16. Cum cooperiret Lotum id, quod cooperiebat,
17. Non declinauit aspectus illius, neq. digressus est.
18. Iam quidem uidit de signis Domini sui maximis.
19. Quid uobis uidetur de Allata, et Alloza; *et Manata
*20. tertia altera alia.
21. Numquid uobis est masculus, et illi [i. Deo] femina?
22. Ista utique est partitio iniusta.
23. b Non sunt nec Numina, quę colitis, nisi nomina *
*Nominastis ea uos, et patres uestri. Non demisit Deus
*24 pro illis colendis ullam potestatem. Non sequuntur, nisi
c. Si opinionem, et non desiderium quod desiderant *homines [i. deside-
*25. ria sua]. Et iam quidem uenit ad eos à Domino suo -
Et ita corrigantur sequentes numeri. directio.
26. An homini erit id, quod desiderat.
27. Atqui Dei est seculum nouissimum, et primum.
28. Et quotquot Angeli sunt in Cęlis, non prodent inter-
cessio eorum quidquam, nisi postquam annuerit Deus
ei, cui uoluerit, ipsique placuerit.

26. Porrò

29 Corri qui non credunt in nouissimum seculum, certè nominasti Angelos nominatione femineâ.

30. Et non est illis in hoc ulla scientia, si non opinionem: sed certè opinio non acquirét de ueritate quidquã. Accede ergo ad eo, qui se auertent à commonitione nostra, et non uoluerint, nisi uitam presentem. [Hæc est assertio eorum de scientia Ti. hoc est summum scientiæ, ad quod perue=niunt, nempe scire solum mundana]. Certè Dominus tuus est scientissimus de illo, qui errauerit à semita sua: et est scientissimus de illo, qui directus fuerit.

31. Ei Dei est id, quod in Cælis, et id, quod in terrâ reperitur; ut retribuat ijs, qui malè egerint secundum id, quod operati fuerint: et retribuat ijs, qui benè egerint, Opti=mum Ti. Paradisum].

32. Qui euitant grauia iniquitatij, et flagitiorum, et non committunt, nisi peccata leuia: certè Dominus tuus erit illis amplus indulgentiæ. Ipse erat scientissimus in uobis [Ti. optimè uos nouit] cum produxit uos è terrâ, et cum uos esseris embriones in uteris matrum uestrarũ. Ne ergo iustificetis animas [Ti. nè gloriemini tanquam iusti]. Ipse est scientissimus de eo, qui timoratus est.

33. Quid tibi uidetur de eo, qui auertent se à fide.

34. Et dedens pauxillum saubatum suarum; et quare retinuerit reliqua?

35. Est ne apud eum scientia secreti [Ti. futuri seculi] ita ut uideat ipse uideat [Ti. cognoscat quid sibi eueniturũ sit]?

36. An non narratum fuit illi id, quod est in Codicibus

Moysi,

37 Et Abrahe, qui compleuit preceptum Dei:

Quod scilicet non portabit anima portans, pondus alterius [i. nullus pro alieno peccato punietur].

39 Et quod non erit hominj, nisi quod studiose egerit.

Et quod certe opus eius mox apparebit.

Deinde remunerabitur pro eo remuneratione cumulatissima.

42 43 Et quod vane ad Dominum suum erit terminus omnium.

43 Et quod certe ipse videre fauit, et flere fauit.

Et quod vane ipse mortificat, et uiuificat.

a creauit 45 Et quod certe ipse creabit duos coniuges, masculum, et feminam.

46 Ex spermate eum seminatum faciens.

47 Et quod certe ad ipsum spectat creatis altera [i. hic resurrectio, uel incrementum corporis].

48 Et quod ipse certe ditat, et possidere facit.

49 Et quod ipse certe est Dominus Canicule.

50 Et quod ipse vane perdidit Deos priores,

51 Et Themudeos: et non reliquit ullum ex eis:

52 Et Gentem Noë antea: quippe ipsi erant iniquissimi, et nequissimi.

53 Et Vrbes subuersas diruit [i. Sodomam &].

54 Et operuit eas id quod operuit [i. lapides, seu lateres ignitj missi e Cœlo supereas].

55 Quodnam ergo beneficiorum Domini tui, o homo,

revocabij in dubium?

56 [illegible]te [l. Mahumetus] est Prędicator ex Prędicatoribus primis [l. similis illis.]

57 [illegible] Approximauit Approximans [l. Abei Judicij]

58 [illegible] Non est illi prąter Deum vendatrix [l. nulla creatura nouit punctum eius prąter Deum]

59 [illegible]. An ergo de hac narratione [l. de Alcorano] admiramini?

60 [illegible] Et indetij.

61 [illegible] Et non potius fletij.

62 [illegible] Et nos estis negniter tudentes? Adorate ergo Deum, et colite.

Nota

Circa titulum, et locum Iuxę nulla est controuersia. In numero uersuum non omnes conueniunt, quamuis plerique duos supra sexaginta enumerent. Prąmium Lectoris, erunt, عشر حسنات بعدد من صدق بمحمد وجد به بمكة decem bona iuxta numerum eorum, qui credidérunt, quam eorum, qui credere noluerunt in Mahumetum in Mecca.

1. Per Stellam Belal, et Zamchascenius volunt hic designari الثريا Pleiades. Zahias: الوحي تفسير ابن عباس قال يقول اذا انزل وتفسير الحسن يعني الكواكب اذا انتثرت والنجم عنده جماعة النجوم Expositio Abnabay est: Per revelationem quando à Deo facta fuerit. Ded expositio Alhasan, est: Per Stellas quando sparsę fuerint. Idem apud eum Stella accipitur generice pro omnibus stellis. Nonnulli putant, esse hic prędictionem de dispersione Stellarum in die Judicij

Ita infelices Mosleme distillant ingenia in Prophete
sui nugis ad sensum aliquem senium reducendis, quem
ille nec somniauit quidem

5. Docuit eum] Longa est fabula chimericæ huius revela=
tionis, seu apparitionis, quam breuiter innuit Zelal in
sua expositione his verbis. وعلمه اياه ملك شديد القوى ذو مرة
قوة وشدة او منظر حسن اي جبرايل عم فاستوى استقر وهو بالافق الاعلى
افق الشمس اي عند مطلعها على صورة التي خلق عليها فراءه النبي ص فخر
مغشيا عليه وكان قد ساله ان يريه نفسه على صورته التي خلق عليها فواعده
فنزل جبرايل عم في صورة الادميين ثم دنا قرب منه فتدلي:
Docuit eum revelationem illam Gabriel Angelus validus
viribus, ingeniosus robore virtute, et fortitudine; seu pulcher
aspectu: [i. Gabriel] qui visit pax] Consedit enim [i. firmus
constitit]: et erat in horizonte, seu in plaga Eli, in qua
Sol oriebatur, in forma, qua creatus fuerat. Viditque
eum Prophetes Mahumetus, et deliquium passus corruit.
Jam uero petierat à Gabriele, ut se ipsi manifestaret in
ea forma, in qua creatus fuerat. Promisitque ei
Gabriel: et descendit ad eum in forma humana. Tunc
accessit prope ad eum, et vicinior factus est

7. In horizonte] Vox Arabica الافق significat tam
horizontem, quam partem quam libet Coli, uel Mundi:
imò et ipsum Mundum.

9. Duorum arcuum] Exponunt quidam ذو عين duorum
cubitorum. Et quidem قوس tam arcum, quam cubitum
significat.

10. Revelauitque seruo suo id, quod revelauit.] Exponunt
nonnulli

nonnulli: Reuelauitq.° Deus Gabrieli seruo suo, id quod Gabriel reuelauit Mahumeto. Sed modus loquendi Arabicus uidetur exigere, ut utrumque, reuelauit, ad Mahumetum referatur.

13. Vidit eumdem uice altera] Nimirum ut exponit Gelal لما اسرى به الى السموات: cum nocturno tempore translatus est in Celum.

14. Iuxta Lotum terminj] Lotus, Arabice سدرة Sedra شجرة, نبق عن يمين العرش لا يتجاوز احد من الملايكة وغيرهم: arbor Nebee, sita a dextris Throni Dei, ultra quam nulli Angelorum, uel aliorum Caligenarum, transire fas est. Deo appellatur Lotus terminj. Alij tamen sentiunt ita appellari, quia ad eam scientia omnij Rerum, et nouissimorum terminatur. Lotus Sedra est species arboris Loti. Sed uerius, hic esse nomen proprium arboris Paradisi.

15. Hortus receptaculi] Ita appellatur hic hortus, seu Paradisus, quia, ut ait Gelal: تاوى اليها الملايكة او ارواح الشهدا و المتقين: recipiuntur in eum Angeli, seu animæ Martyrum, et Piorum.

16. Id, quod cooperiebat] Nimirum, ut exponit Gelal من طير وغيره: uolucres, et alia animalia, quæ super arbore Sedram considebant.

18. De signis Domini sui maximis.] Hæc signa ita refert Gelal فراءَ من عجايب الملكوت رفرفًا خضرًا سدّ افق السما وجبرايل له ستماية جناح: Vidit autem inter res mirabiles Regni Cælestis aulæum uiride, quod cooperiebat horizontem Cæli: et Gabri-

el

qui habebat sexcentas alas.

19. Allata, et Alhoza, et Manata] Erant hæc tria Idola Mecæanorum, de quibus alibi dictum est

23. An cui homini id, quod desiderat?] Nimirum, ut explicat Selal: ut Idola intercedant pro eo apud Deum.

46. Dominus Canicule] Vox Arabica الشعري Canicula: exponitur a Selala كوكب عند خلف الجوزا كانت تعبد في الجاهلية Stella, quæ est à tergo Geminorum, et quæ colebatur tempore Idololatriæ.

47. Aegos priores.] Nam, ut notat Selal, alij fuerunt tempore Hud Prophetæ: alij verò posteriores, tempore Saleh.

Refutationes

1. Iterum propalat Mahumetus stultitiam suam. Asserebans Mecæani, illum in errore versari: à Dæmone, vel ratione aliquo deceptum fuisse: Meovanum esse cerebri illius figmentum: nullo modo Deum res tam ineptas, atque absurdas ei illi revelasse. Quid ille? Nimirum iusiurandum interponit ad causam suam tuendam. Juvat Deus Mecæanis stellam, cum iam occubuerit, eos toto Cælo errare in ijs, quæ de Propheta suo deblaterabant. Nihil dico de tam impio Juramento. Unum illud inquiro, utrum Mecæani Deum iuvantem audierint: an verò Mahumetus solus. Utrumvis dici non potest. Fides igitur huius Iuramenti erat penes Mahumetum: nimirum ipse de se testimonium perhibebat, nullo

cæteo

certo, aut probabili argumento utebatur, quo aduersarijs persuaderetur, uerum esse id, quod ipse affirmabat. * Hoc uero nihil aliud erat, quam rudibus illis hominibus illudere.

2. Eandem notam meruntur, qui de uisione Gabrielis uiua in horizonte, siue in Paradiso iuxta arborem Loti commemorat. Hic enim nullum testem habebat præter ipsum Mahumetum, qui ea se uidisse affirmabat: at nullo argumento, uel testimonio, eam ei uidi posse confirmabat. Nihil uero impossibilius facilius est, uel ridiculius, quam diuinas uisiones, ac reuelationes confingere. Sed obijcient Mahumetani, hoc idem de uetis ac sanctis Prophetis dici posse.

* nullâ igitur maiorem fidem habebant Mecani. credendi; Num aliquid Mahumeti uerum fuit, quam illud idem ipsum iurarit

سورة القمر مكية
خمس وخمسون اية

SVRA LIIII.
LVNA.

Meccana: commatum LV.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Appropinquauit Hora: et scissa est Luna.

2. Quod si Infideles uiderint aliquod signum, longè recedent, et dicent: Prestigium potentissimum.

Ac falsum est hoc: nam si talium ueracitatis reuelationi à Deo sibi factæ argumenta ostendebant, ut nullo modo posset Deo non tenere dubitari. Hoc autem Mahumeto nullo modo conuenit. Neinde tam nos, quàm Mahumetani firmissimè credimus nihil in Prophetis falsum esse, sed omnia diuinam continere ueritatem. Absit autem ut nos hoc ipsum de Mahumeto credamus nos: quod si illi credamus, nullo solido credendi habebit fundamento.

3. Et mendacij insimulauerunt Mahumetum: et secuti
sunt concupiscentias suas. Sed omnij res est stabiliter
permansura.

4. Et iam quidem venit adeos de historijs illud notitiæ,
in quo potest esse illis sufficiens inhibitio, ut veeedant ab
errore suo.

5. Sapientia consummata possunt esse illis hæc exempla:
sed non possunt eij commonitores.

a. 6. Recede ergo ab eij. Hic, qua vocabit Vocans ad rem arduam
[i. Azraphel ad Judicium],

7. Deiectij oculij suij exibunt homines ex monumentij,
quasi ipsi essent locustæ spargim diffusæ.

8. Accurrentes proiecta cervice ad Vocantem. Dicent Infi=
deles: Hæc est dies difficilis.

9. Mendacij redarguerunt ante eos [i. Mecanos] gentes
Noë: mendacij inquam, redarguerunt ipsum Noë verum
nostrum; et dixerunt: Hic est demoniacus. Et cum inverecun=
dione reiectus est.

10. Invocauit igitur Dominum suum, dicens: Ego sanè
sum victus [i. hi prævalent contra me]: vindica igitur me.

11. Itaque aperuimus portas Cæli cum aqua copiosè af=
luente.

12. Et erumpere fecimus terram in fontes: ita ut operiret
sibi aquas è Cælo, et è terra, iuxta decretum, quod iam sta=
tutum fuerat à nobis.

13. Et portauimus eum super arcam constantem tabulis,
et compaginamentis.

14. Currebat

14. Curvebas in oculis nostris; in remunerationem illius, qui
fuerat ingratè receptus Ti. Noëi
15. Et iam quidem reliquimus eam in signum. An verò
est ullus propterea commonefactus?
16. Quomodo verò fuit pœna mea, et comminatio mea?
17. Et iam quidem facilitauimus Alcoranum ad com=
monitionem: sed estne ullus commonefactus?
18. Mendacium impresserunt Adei Prophetæ suo Hud.
At quomodo fuit pœna mea, et comminatio mea!
19. Certè nos misimus super eos ventum pertrepentem
in die infaustitatis perseuerantis.
20. Eleuabat homines, quasi ipsi essent truncei palmæ
euulsæ.
21. Et quomodo fuit pœna mea, et comminatio mea!
22. Et iam quidem facilitauimus Alcoranum ad com=
monitionem. An verò fuit ullus commonefactus?
23. Mendacij incusauerunt Themudæi Prædicatores suos
[i. Saleh, et socios eius]
24. Dixerunt enim: An hominem ex nobis unum seque=
mur eum? certè nos profectò essemus sanè in errore,
et amentia.
25. An conicctus est prædicatio super eum inter nos? quin
potius ipse est mentitor, iactator.
26. Dixit Deus ad Saleh: Scient posthac quis sit
mentitor, iactator.
27. Nos quippe missuri sumus Camelam ad probationem
eorum. At tu observa eos, et patienter sustine

28. Et dic eis, quod aqua erit pavitio inter eos: ~~[illegible]~~ cuilibet potationi est assistendum.

29. Abscauerunt ergo socium suum Codar, ut occideret eam: et apprehendit gladium, et occidit eam.

30. Quomodo uero fuit pœna mea, et commination mea! quia misimus super eos uociferationem unam, et fuerunt uelut materies arida ad scabula instructa.

31. Et iam quidem facilibauimus Aleoranum ad commonitionem: an uero est ullus commonefactus?

32. Mendacij instimulauit populus Lot prædicationem eius.

33. Nos uero misimus super eos uentum flaueas eiaculantes, quo omnes perierunt præter familiam Lot: liberauimus eos Ll. familiam Lot in tempore matutino,

34. Per gratiam ex nobis. Ita remuneramus eum, qui gratus fuerit.

35. Et iam quidem comminatus fuerat illis Lot uehementiam nostram in puniendo: at illi disputauerunt inter se de comminatione illius.

36. Et iam quidem requisierunt eum pro hospitibus ipsius, ut eos sibi concederet ad usum nefarium: sed deleuimus oculos eorum, ita ut locus oculorum cum reliqua carne complanaretur: et diximus eis: Gustate ergo pœnam meam, et comminationem meam.

37. Et iam quidem manicauit Lot eos diluculo pœna perueniens Ll. mane mortui sunt, et descenderunt in Gehennam.

38. Gustate ergo pœnam meam, et comminationem meam.

39. Et iam quidem facilibauimus Aleoranum ad

commonitionem

comminationem: an uerò est ullus commonefactus?

40. Etiam quidem uenistis ad familiam Pharaonis comminatio.

41. Mendacium confinxerunt in signis nostris omnibus. Quamobrem iustificabimus eos subditione valida, potenti.

42. An Infideles uestri, ô Mecani, meliores sunt, quàm isti? an promittitur uobis immunitas a filiis Dei in sacris uoluminibus.

43. An dicens: Nos sumus congregatio prævalitura contra Mahumetum?

44. Mox dissipabitur hæc congregatio, et retrò uertetur retrorsum.

45. Atqui Hora [i. dies Judicij] est tempus constitutum promissioni eorum [i. pœnæ illis promissæ]: Et Hora erit calamitosior, et amarior, quam pœna huius sæculi.

46. Certè relevati sunt in errore in hoc sæculo: et in igne ardenti erunt in futuro.

47. Dicé, qua evahentur per ignem super facies suas: et dicetur illis: Pustate factum Satani.

48. Certè nos omnem rem examinamus cum profunda dispositione.

49. Et non est ingenium nostrum, nisi unicum verbum Esto, adinstar ictus oculi.

50. Et iam quidem perdidimus populos similes uobis: an uerò propterea est ullus commonefactus?

51. Omnis autem vos, quam facimus, scribetur in libris.

52. Et omne opus parvum, et magnum describendum est

est in tabula asseruata.
53. Lorro' Bj' erant in horris, et staminibus,
54. In consessu ueritabj,
55. Apud Regem potentissimus.

Nota

Inscribitur hic sura القمر Luna quia in primo eius uersu fit mentio de prodigiosa Lunæ scissura, de qua mox dicendum. Aliqui inscribunt اقربت Approximauit a prima eius uersus dictione. Est tota Meccana, iuxta Jahiam. Sed Zelal excipit uersum 44. qui incipit: Mox dissipabitur. Tribuuntur illi communiter commata quinque supra quinquaginta; de prænio lectionis hæc habet Zamehascenius: من قراء سورة القمر فى كل عب بعثه الله فى يوم القيمة ووجهه مثل القمر ليلة القمر Qui legerit suram Lunæ in omni luce [i. est in omni ortu Lunæ, uel solis] suscitabit eum Deus die Resurrectionis, et habebit faciem similem Lunæ in nocte Lunæ [i. in plenilunio]

1. Et scissa est Luna]. Duplex est hic Mortemorum expositio. Nonnulli enim putant indicari hoc loco miraculum à Mahumeto patratum, dum Lunam diuisit in duas partes. Nonnulli uero sentiunt, nihil tale hic esse intelligendum: sed tantummodo significari, propinquam esse horam, seu diem Judicij, cuius unum signum erat scissio Lunæ: ita ut tempus præteritum, scissa est; more prophetico amiri debeat pro futuro, scindetur. Sed audiamus Zamehaschsirium. انشقاق القمر من ايات رسول الله ومعجزاته النيرة عن انس ابن مالك

malik an Kafar saalu rasol Allah ayatan wanshaqqa alqamar firqatayn wakadha an ibn abbas wabn
masood : qala ibn abbas anfalaq falqatayn falqatun dhahabat wafalqatun baqiyat ; waqal abn masood
raytu hiraa bayn falqay alqamar waan baadh alnaas an maanah bayanshaq yawm alqiyamah : wafy
qiraa hudhayfah waqad anshaq alqamar aay iqtarabat alsaaah waqad hasal min ayat iqtarabiha
انه القمر قد انشق: *Seipsio Lunæ fuit unum ex signis Legati*
Dei, et miraculis eius illustribus. Habetur ex Anas filio
Malee, infideles postulasse à Legato Dei aliquod+ *: et diuisa* + signum
est Luna in duas partes. Et ita habetur ex Ebnabbas, et
Ebnomasaud. Dixit Ebnabbas : Diuisa est Luna in duas
partes, quarum una abijt, et altera remansit. Dixit
uerò Ebnomasaud : Vidi Montem Hara positum inter duas
partes Lunæ diuisas. Quidam uerò uolunt significationem
horum uerborum esse : Diuidetur Luna in die Resurrec=
tionis. Legis Modeijtha : Etiam seipsa est Luna : idest ;
approximauit die Judicij : iam enim apparuit unum ex
signis approximationis eius, quandoquidem iam Luna
seipsa est. Beidauius celeberrimus Mooani Interpres
hæc habet روى ان الكفار سألوا رسول الله اية فانشق القمر وقيل معناه سينشق
يوم القيمة : *Fertur, Infideles postulasse à Legato Dei signum:*
et seipsa est Luna. Alij dicunt significari per hæc uerba,
scindendam esse Lunam in die Resurrectionis. ~~uiderunt~~
~~miracula transierunt ab illi dicta esse~~

2. *Potentissimum*]. Vox Arabica مستمر exponitur à
quibusdam hoc loco دائم *perpetuum*, seu, *continuatum*.
Quasi dicerent : Mahumetus perpetuo nos prodigijs suis
illudit. Potest etiam exponi, *transiens* : quasi nihil
habeat firmi, et stabilis ; sed merum sit spectrum, et

3. Sed omnis res est stabiliter permansura] Dest, inuersa Moslemorum explicationem, omnij res siue bona, siue mala perseuerabit quo ad premium, uel pœnam cum actoribus suij siue in Paradiso, siue in Gehenna.

5. Commonitores] Vox Arabica الذُّكُر, aliquando accipitur pluraliter à singulari ذَكِير commonitor, seu, commonator, quemadmodum in hoc loco: aliquando singulariter pro commonitione, uel comminatione, ut infrà

13. Et conjuginamentij] Nempe ad fabulas comentendas.

14. In oculis nostrij] Dest à nobis custodita ad seruandam Noë, ita meritum à diluuio

17. Facilioremimus Alcoranum ad commonitionem] Coptica Gelat: سهّلناه لحفظ او هيّاناه للذكـــر: planum, ac facilem fecimus eum, ut facilius posset custodiri, seu mandari memorię: uel, ut melius possent homines eo eruditi, et commonefieri. Itaur الذكر duplicem hic habeat significationem, memorię scilicet, et commonitionis.

19. In die infaustitatis perseuerantij] Vox Arabica مستمرّ duplicem habet apud Gelalem expositionem: دايم الشوم perpetuę, seu perseuerantis in infelicitate: et قوية fortis, seu ualidę, nimirum in calamitate, et infortunio. Posset etiam exponi, transeuntis, sensu contrario. Jahias: وكان ذلك يوم الاربعا الى الاربعا. Fuit autem dies hęc feria quarta, seu Mercurij, et perseuerauit infortunium usq; ad feriam quartam sequentem

27. Nos quippe misimus sunay Camela] Ob hac Camela, itemq; de Dęis, et Themudęis, et huiusmodi magis excen-

tię

centies decantatij, vide quę alibi dicta sunt.

28. Credic ej, quod aqua eni partitio inter eos] Sensus totius versiculi est: Aqua fluminij ita destinabitur, ut una die bibat ex eo Camela tantum cum pullo suo: altera autem populus tantum: et tam quando bibit Camela, et pullus, quam quando bibit populus sine presentes, ne iis erdo intervertatur. Illa autem verba شرب محتضر, quę ad verbum minus Latine reverterentur: Omnij bibitio presentiandę, seu, presentiam habituri, exprimuntur à Pelale تحضره القوم يومهم والناقة يومها. Presens erit illi populus in die suo: et Camela in die suo. Sed expositio iam allata videtur esse melior, et magis legitima

Refutationes

1. Jam tandem post tot repulsas Mecanorum postulationibus à Mahumeto factas; postque tot protestationes, se missum non esse ad miracula patranda, quę alioqui sovent illis prorsus inutilia: eorumdem importunitate compulsus, patras miraculum Mahumetus, et coram multis, Lunam in duas partes discindit. Hoc scilicet post innumeras investigationes, toto ingenij conatu adhibito, explicati sunt Moslemi auctores Prophetę sui prodigium in Alcorano. Verum nullum hic miraculum indicant, asserunt pluves eo Mahumetanij, ut supra vidimus, ex testimonio Zamehascenij, et Beidauij. Volunt enim hic agi in hoc loco tantummodo de die Judicij supremi, et de huius signorum illam precedentibus: ita ut sensus sit:

Appropinquauit dies Judicij: quamobrem scindetur Luna
ad illius propinquitatem indicandam. Hoc aperte ostendit
particula ف in verbo فانشق: que particula dicitur
consecutionij: ac si dicat: Appropinquauit dies Judicij, et
consequenter scindetur Luna. Quod si dicas cum quibus
Expositoribus, Mahumetum loqui de scissione Lune iam
a se facta, ut sensus sit: Appropinquauit dies Judicij,
iam enim scissa est Luna, quod est signum prodimi illius
aduentus: Respondeo, male arrogater sibi Mahume-
tum miraculum illud, quod ex Diuina preordinatione
iam statutum erat ad indicandum omnibus diem
Judicij. Preterea mendacem se, uel deceptum manifeste
ostenderet Mahumetus, assignando pro signo prodimo
diei Judicij scissionem Lune a se factam, postquam tran-
sierunt iam plusquam mille anni, nec tamen dies
Judicij aduenit, neque ullum illius uestigium certum
apparet. Dices forte, etiam Sanctum Gregorium
Magnum, qui uixit paucis annis ante Mahumetum,
edissima fore, diem Judicij iam esse prodiuam, putando
calamitates sui temporis, et presertim pestes, ac bella
esse signa illius. Respondeo, Sanctum Gregorium, tam-
quam hominem locutum fuisse, non ex Diuina reuela-
tione, sed ex propria opinione. At Mahumetus ex
Diuino Oraculo se loqui profitetur: quamobrem uel
ipse mendax est; uel mendacium Deus illi reuelauit.
Huc accedit, scissionem Lune nusquam, et nunquam
in Sacris Litteris, Supremi Judicij signum nobis assignari

assignari. Nihilominus, quod Mahumetes signum aliquod, uel prodigium in Luna, uel per Lunam Meccani suj ostendent, non est prorsus improbabile. Nihil solemnius Magis, Venefici, ac Prestigiatoribus, quam huiusmodi monstra per Lunam ostentare. Quamobrem Virgilius Ecl. 4. sensisse de huiusmodi prestigijs, seu Incantationibus:

Carmina uel Cælo possunt deducere Lunam.

Que uerba exponens illius Interpres: Et ueneficij (inquit) astrij Luna uetentibus ita credebatur subdita esse Veneficarum cantionibus, ut quoties his luberes, ea è Cælo uel inuita deduceretur. Sed de fictitio hoc Mahumeti miraculo, quod etiam apud nostros ioci gratia commemoratur, uide quæ alibi à nobis dicta sunt, præsertim in 2. Populum Lot, Sodomitas scilicet, punitum fuisse à Deo per Laterd, seu Lapides cortos missos è cælo, et per subuersionem Urbium eius, supra sepius asseruit. Hic uero per uentum, scilicet glerdas, seu Lapillos iaculantem, (quemadmodu Interpretes omnes, et Lexica Arabica exponunt) perditum fuisse pronunciat. Vt uero in hoc inconstante se ostendit Mahumetus; ita fide indignum se facit, dum Sodomitas ita exiccatos fuisse significat, ut sedes oculorum cum reliqua facie complanaretur: hoc enim nullum habet in sacris literis fundamentum, in quibus legimus Sodomitas tantummodo exiccatos fuisse, ita ut Bonum Lot inuidere non possent. Prodromo parte 2. c. 4. pag. 90

3. Planetis hic interealan uersu inducit Mahumetes Deum affirmantes

se faciem, ac planum fecisse Alcoranum, ut omnes possent illum capere, ac memoria tenere, perque illum commonefieri. Hoc vero manifeste pugnat cum eo, quod de Divina Alcorani eloquentia, stylique incomparabili sublimitate, non solum Doctores Mostemi, sed Alcoranus ipse testatur: exquo & etiam sententia, nonnisi Deus, et quidem Deus volvent, potest Alcorani sensum percipere. Cæterum liber iste adeo obscurus, confusus, et ambiguus est, ut Doctissimi Mahumetanorum in illius sensu assequendo, et multum, et [illegible] frustra laborent [illegible]

سورة الرحمٰن مكيّة

ثمان وسبعون ايّة

SURA LV.

MISERATOR.

Meccana: commatum LXXVIII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Miserator
2. Docuit Alcoranum:
3. Creavit hominem.
4. Docuit eum divinationem [l. divinetam locutionem]

5. Et Sol

5. Sol, et Luna cursum cum computo [i. certa regula]
6. Et germina sedentaria, et arbores adorant Deum.
7. Et Cælum exaltauit, et posuit stratinam.
8. Ne prætereamini in stratina [i. in iustitia seruanda]
9. Et seruate pondus cum iustitia: et ne imminuatis crustina.
10. Terram uero posuit creaturis.
11. In ea sunt poma, et palmæ habentes florum inuolucra
12. Et granum habens paleam, et frondes.
13. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri infitiabimini?
14. Creauit hominem ex luto arido uelut testa
15. Et creauit Genium ex puro igne.
16. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri infitiabimini?
17. Dominus Orientium, et Dominus Occidentium
18. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri infitiabimini?
19. Liberè dimisit duo maria, dulce, et salsum, ut sibi inuicem occurrerent.
20. Inter utrumque posuit repagulum, propter quod non appetent se se mutuo [i. non misebuntur inter se]
21. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri infitiabimini?
22. Egrediuntur ex utroque uniones, et margaritæ exiguæ
23. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri infitiabimini?
24. Et ipsius ejus sunt naues constructæ in Mari ædinstar montium.
25. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri infitiabimini?
26. Omnis, qui est super eam [i. terram] deficiens est:
27. Et remanebit facies Domini sui gloria, et honorificentia.

21

28. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
29. Rogat eum, qui est in Cęlis, et serua: omni die ipse est in opere.
30. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
31. Peccabimus uobis, o duo pondera [l. o Genij, et homines]
32. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
33. Egressus Geniorum, et hominum, si potestis exire ex finibus Cęlorum, et terrę: exite. Non exibitis, nisi cum potestate [l. cum facultate nostra]
34. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
35. Mittetur super uos flamma ignis carens fumo, et fumus carens flamma: neque defendetis uos a eo.
36. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
37. Quando cęlum discissum fuerit Cęlum, et fuerit rubrum sicut rosa, ueluti pellis rubra: quantus erit terror uester.
38. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
39. Die autem illa non exigetur ratio de peccato suo ab ullo homine neque Genio.
40. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
41. Cognoscentur scelerati ex signis suis (nempe ex nigra facie, et oculis ejus): et arripientur per comas frontis, et pedes, et projicientur in Tartarum.
42. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
43. Hęc est Gehenna, quam negabant scelerati. Circuibunt inter eam, et inter aquam feruidam calidissimam.
44. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
45. Ei autem, qui inuenit presentiam Domini sui, erunt

duo

duo horti.

46. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

47. Ornati variis [i. arboribus]

48. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

49. In illis amicque erant duo fontes, qui irrivent.

50. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

51. In horum utroque ex omni puncto erunt tria genera.

52. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

53. Accumbentes erunt lapidei, quorum intrinseca partes erunt ex serico crassiori auro intertexto: fructus vero duorum horum erit viginus.

54. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

55. In ijsdem hortis erunt puellæ cohibentes aspectum: non defloravit eas ullus homo ante illos, quibus tradentur, neque ullus Genius.

56. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

57 Quasi ignis essent hyacinthus, et margaritæ.

58. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

59. An erit merces beneficentiæ, nisi beneficentia?

60. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

61. Et porgent duos hortos erunt alij duo horti.

62. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

63. Intensè viventes erunt huiusmodi horti.

64. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

65. In utroque eorum erunt duo fontes,

66. Copiosij aquij vigiter manantes.

67. Quodnam ergo beneficiorum Dominj vestri inficiabimini?

68. In utroque erunt poma, et pelinę, et mala punica.
69. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
70 In ijsdem erunt puellę optimę, pulchrorimę.
71. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
72. Oculij amplij, atque intensę nigrij, et candidij prędite, custoditę in tabernaculij.
73. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
74. Non defloravit eas homo ante illos, quibus tradentur, neque Genius.
75. Quodnam ergo beneficiorū Domini uestri inficiabimini?
76. Accumbentes erunt maritis earum suis strageis uiridia, et tapetes pulcherrimos.
77. Quodnam ergo beneficiorum Domini uestri inficiabimini?
78. Benedictum sit nomen Domini tui prędili gloriæ, et honorificentiæ.

Nota

Ex prima dictione, quę primum comma constituit inscribitur sura الرحمن Misericordiæ. Hanc Iahias Meccanam totam facit. Celal excipit uersum 29. qui incipit: Die autem illa non interrogabitur. Verum tam Celal, quam alij Expositores reuocant in dubium, utrum hęc sura sit مكية او مدنية او متبعضة Meccana, an Medinensij, an uero partim Medinensij, partim Meccana. Ex quo apparet, quam incerta sit expositio Alcorani a Mortemij facta, cum plerumque hęc dependeat a loco, in quo sura aliqua tradita est. Versus habet octo supra septuaginta. Inter hos est decimus tertius, qui uicibus triginta, et una ingeniosimè inter-

calatur

catatur, seu repetitur. Qui hanc suram legens, ادى شكر ما انعم
الله عليه; satisfaciet gratiarum actioni pro beneficijs à Deo
acceptis, illi debitæ.

4. Distinctionem] Vox Arabica البيان, propriè est distinctio,
seu declaratio. Interpretatur hoc loco Selal النطق loquelam
rationalem. Jahias الكلام sermonem. Tamehascenius المنطق
الفصيح locutionem clavam, et distinctam

6. Germina sedentaria] Vox Arabica النجم, exponitur à
Selale, ما لا ساق له من النبات illud ex germinibus, quod non habet
culmum, siue caulem

13. Quodnam ergo beneficiorum] Obiicitur hic versus ad duas
auditorum species, nimirum ad homines, et ad Genios, quam-
obrem est in eo numerus dualis, et ponitur interrogantiuè,
ut diximus, multis aliis in locis, et una. Ridiculè uero hoc in
loco Selal: روى الحاكم عن جابر قال قرأ علينا رسول الله سورة الرحمن حتى ختمها
ثم قال ما لي أراكم سكوتا: للجن كانوا احسن منكم ردا: ما قرأت عليهم هذه الاية مرة
فباي الاء ربكما تكذبان الا قالوا ولا بشيء من نعمك نكذبه فلك الحمد.
Refert Alhakem ex Jaber dicens: Legit nobis Legatus Dei
suram Misericordis: eumque eam absoluisset, dixit: Quid est,
quod video vos tacentes? certè Genij sunt meliores in respon-
dendo. Non legi illis unquam hunc versiculum: Quodnam
ergo beneficiorum Domini vestri infitiabimini: quin respon-
derent: Nullum beneficium eius infitiamur. Sit ergo tibi
laus.

29. Omni die ipse est in opere] Arabicè في شان, in negotio,
uel in statu aliquid faciendi. Selal, يظهره على وفق ما قدّره في الازل
من احياء واماتة واعزاز واذلال واغناء واعدام واجابة داع واعطاء سايل وغير ذلك.

Ostendit hoc in executione eorum, qui deceuit in gehennâ, vitam dando, et mortem inferendo: exaltando, et deprimendo: opes tribuendo, et das auferendo: et audiendo precantem, et dando petenti: et alia huiusmodi faciendo

31. Vacabimus vobis ô duo pondera] Explicat Celal: سنقصد لحسابكم يا ايها الانس والجن Intendemus animum ad rationem à vobis exigendam ô homines, et Genij. Cur autem homines, et Genij dicantur الثقلان duo pondera: multæ ab Expositoribus rationes reddunturr: sed nullæ ad rem.

39. Die autem illa non exigetur ratio] Celal: ويسألون فى وقت اخر Sed exigetur ab eij ratio alio tempore.

51. Duo genera] nempe; ut exponit Celal رطب ويابس recentia, et arida.

53. Fructus verò duorum horrorum eis creauit]. Atque ratio hic Celal ينالة القايم والقاعد والمضطجع: ut se capere possit illum facilius, siue stet, siue sedeat, siue iaceat

Refutationes

1. Affirmat Mahumetes, hominem creatum fuisse à Deo طين يابس يسمع له صلصال كالفخار, nimirum, ut interpretatur Celal, ex luto, seu argilla sicca, ex qua audias sonitus cum pulsatur, cuiusmodi est testa cocta, quæ Arabicè dicitur الفخار, ut habetur hic in Alcorano; fingunt enim Mahumetani ex Prophetæ sui traditione, Deum eum mellet hominem creare, formasse primam statuam ex argilla, eamque inanimem per quadraginta annos vacuj sibi expositam, ut siccaretur, reliquisse: addense interim ad eam iden-

+ ut alibi dicimus

tidem

idenidem Sabana, pedibusque pulsanse. Verum hæc omnia figmenta esse, et Sacris libris repugnare, manifestum est. Deus enim die sexta hominem creauit, non ex arido luto, uel ex resta: cocta, sed ex limo terræ, statimque animauit, neque quadraginta annos expectauit, dum à sole concoqueretur.

2. Illud, quod hic asseritur, ex duobus manibus dulci, ac salso oriri unionem, ac margaritas: negant Expositores ipsi Moslemi: et præsertim Gelal, qui ait الصادق باحدهما, وهو الملح: Hoc uerum est de uno eorum, nempe de dulci. Hoc tamen excusans ex quadam loquendi figura.

3. Totus est Mahumetus in dispertiendis hortis, et fontibus, et arboribus, ac pomis, Paradisi sui habitatoribus: ita ut singulis quatuor hortos, totidemque fontes assignet: pomorum uero tam recentium, quam aridorum tantam copiam, quanta ne in situ quidem Calabrum regeniatur. Vt uero facilius hi uesci possint, minimoque cum labore, ita prope à terra è ramis pendere affirmat, ut etiam si qui in illum in morem iacens, ore decerpere possit. Si de summa felicitate non dico agricolarum, aut rusticorum, sed procorum, ac immensorum ageretur: nihil eatius, uel optabilius dici poterat.

4. Reuocat in scenam puellas Paradisi sui; de quibus quamuis iam multa dicta sint, semper tamen nouæ aliquid occurrit dicendum. Puellas hasce sentit Gelal uel in Paradiso genitas, uel è terra defunctas, singulas singulis Beatis in uxores esse tradendas. Hoc sane Euangelio repugnat toto cælo: in quo Christus nullas in altero sæculo

coniugia, nullas nuptias futuras esse pronuncias. Quorum
tradendę ne sunt hę puellę in coniuges Beatis ad prolem
suscipiendam; an uerò ad libidinem tantumodo explendam?
Primum nullus Mahumetanorum hactenus dixit, quantò
uerere mihi licuit. Secundum uerò nemo non uidet, quanto
turpitudinem, et obscenitatem contineat. Quòd si dicant,
ad solam socialis uitę oblectationem, has puellas inseruitu-
ras: cur puellę uitę istę ita in tabernaculis clausę, sicut mar-
garitę in conchis: ita oculis demissis, atque in coniugem
unum tantumodò defixis introducuntur? nonne quidem
omnes sociabiles, familiariterque uersabuntur? enimne
inter illos mulierum causa zelotypia? an uerò mulieres
istę timebunt, ne in amorem suum alienos coniuges alliciant,
uel istę in amorem eorum alliciantur, si eos licentius aspi-
ciant, uel in ipsos oculos conijciant? Miror uerò, quòd cum
Mahumetus existimauerit, se sine numerosa mulierculari
grege in hac uita beatum uiuere non posse: unam tantùm
feminam a secessu suo in Paradiso postulcatur. Denique
si in mulierum, seyphorum, pomorum, carnium, uinorumque
rum, et huiusmodi rerum oblectamenti futuram beati-
tudinem Mahumetus reponit: illicrunt felicitere, qui
in ganeis, prostibulis, cauponis, macellis, et spurcis uenerio-
ribus frequentius uersantur.

5. In uersiculo illo inserendi, quo forte Dauidem imitari
uoluit, ita se ridiculum, ingentumque ostendit, ut ~~quicquam~~
~~magnum~~ ~~uereque~~ ~~uerecunde~~, ut dum prophetam simulat, simiam se
tantummodò demonstret.

سورة

سورة الواقعة مكّية
ستّ وتسعون اية

SVRA LVI.

CASVRA.

Meccana : commatum
XCVI.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Cum inciderit casura [1. aduenerit dies Judicij]
2. Nemini creaturæ ulla casum eius infitiabitur.
3 Depressura est malos : exaltatura bonos.
4. Cum concussa fuerit terra motu uehementi:
5. Et comminuti fuerint montes in frusta.
6. Et fuerint pului tenuij dispersus:
7 Et uos fuistis fueritis in species tres
8. Sunt socij dextere:
9. Quid erunt socij dextere?
10. Et socij sinistre.
11. Quid erunt socij sinistre?
12. Et precedentes, precedentes.
13. Hi erunt approximati.
14. In hortis uoluptatis

15. Abstinuit ex Primis
16. Et sauei ex Nouissimis
17. Super lectulos auro, gemmisque contextos discumbentes.
18 Super eos se se mutuò respicientes erunt.
19 Circuibunt circa eos adolescentes seruaturi in iuuentute
20. Cum Syphis sine ansis, et scyphis ansatis; et calice ex uino iugiter fluente.
21. Non lædentur in capite propter illud, neque mente turbabuntur.
22. Et cum pomis ex eo, quod elegerint
23. Et carne auium, ex eo quod appetierint.
24. Et erunt cum eis puellæ nigrioculæ, amyrticulæ.
25. Quasi similitudine margaritæ absconditæ in concha
26. In remunerationem eorum, quæ fecerint operati
27. Non audient ibi sermonem futilem, neque inuitationem ad peccatum.
28. Sed tantummodò dictum: Vax, Vax
29. Et vocij dexterę.
30. Quid erunt vocij dexterę?
31. In locos spinis carentes, &c
32. Et Arbores Mauz pulchrè disposituas inter se
33. Et in umbra frondenta.
34 Et iuxta aquam iugiter fluentem,
35. Et cum pomis multis non defecturis, neq; impediendis ne semper libere capere possint
36. Et lecti excelsi.
37. Nos certè producamus has puellas producendo.

39. Et

35. Et fecimus eas virgines coniugibus suis dilectas, illisq; coætaneas, quas trademus.

39 ~~40~~. Socijs dextræ

40. Multitudo ex Primis

41 Et multitudo ex Nouissimis

42. Et socij sinistræ

43. Quid erunt socij sinistræ.?

44. In uento urente, et aqua feruente morabuntur

46. Et umbra ex fumo nigerrimo

46. Non frigida, neque pulchra.

47. Quippe hi fuerunt ante hoc delicijs fruentes in Mundo

48. Et obstinatè perstiterunt in malitia perfidia magna.

49. Et dicebant: An postquam mortui fuerimus, et fuerimus pului, et ossa, an nos uerè surgemus resuscitandi?

50. An ~~et~~ patres nostri primi sunt ~~etiam~~ suscitandi?

51. Die: Certè primi, et Nouissimi

52 Professo congregandi sunt ad tempus præfixum diei determinatæ [i. Resurrectionis]

53. Sum certè non errantes, mendacij insimulantes signa nostra

54. Certè comestum estis de arbore ex Zacum.

55. Et implebuntur estis ex ea uentres;

56. Et bibetur super illam de aqua feruenti.

58. Et bibitum bibitione [i. more] Camelli sitiensis

58. Hoc erit hospitium eorum die Judicij.

59. 60. Nos creauimus uos: an ergo non credetis, quod suscitabimus uos?

92

60. Quidnobis videtur? id, quod spermatizatis.

61. An nos evatij illud [i. formatij illud in corpus humanum] an nos sumus evantes illud.

62. Nos decreuimus inter nos mortem: neq; nos sumus prœueniendi [i. impediendi]

63. Ne substituamus similes nobis, et iterum producamus nos in id, quod nescitis.

64. Etiam quidem nostij productionem primam [qua scilicet nos primò eveauimus]: an ergo non commonefiebij, ut evadatij secundam per resurrectionem.

65. Quid nobij videtur? id quod avatij.

66. An nos seminatij illud [i. fauistis illud germinare]: an nos sumus seminantes.

67. Si abllemus, certè reddevemus illud germen aridum, et in fœcundum: nos uerò non cessavetis admirari, dicentes:

68. Nos certè sanè alieno ære gravati sumus, ut semen emeremus.

69. At uerò nos nunc sumus prohibiti fructum colligere.

70. Quid nobij videtur? aquas, quam bibitis.

71. Vos ne demisistis eam è nubibus, an nos fecimus demittentes:

72. Si uoluisemus, effecissemus eam salsam, et amaram. An ergo non agetis gratias?

73. Quid nobij videtur? ignem, quem elicitis ex arboribus uiridibus.

74. Vos ne produxistis arborem eius, an nos fuimus producentes?

76. Nos

78. Nos fecimus illum ad reminiscentiam ignis Gehennę,
et ad usum itinerantium per deserta.
79. Lauda ergo nomen Domini tui Magni.
80. Porrò non iurabo per occasus stellarum:
81 Et quidem hoc est sanè iuramentum, si sciatis, magnum:
Quod hic est sanè Covanus uenerandus.
82. Scriptus in Libro Custodito:
83. Non tangent illum nisi purificati:
84. Demittet [l. demissus] à Domino a Mundorum
85. An ergo hanc narrationem [l. hunc librum Alcorani]
uos enim uilipendentes
86. Et ponetis âlimoniam uestram, ut uos inficiemini ea
87. Nonne, porrò cum peruenerint animę morientium ad guttura
88 Et uos tunc aspicietis eum, qui moritur
89 Et nos uiciniores sumus illi, quam uos, sed non uidetis nos
90 Nonne, inquam, si estis sine mercede remansuri.
91 Reducetis eam [l. animam] à gutture in corpus, si estis
ueraces?
92 Porrò sine ille, qui moritur fuerit ex approximandis
Deo.
93. Erit sanè illi requies, et alimentum optimum et horrea
deliciarum.
94 Sine fuerit ex sociis dextrę.
95 Dicetur illi: Pax tibi à sociis dextrę.
96 Si autem fuerit ex abnegatoribus, errantibus
97 Hospitium eius erit ex aqua feruenti.
98 Et coniicietis [l. conijcietur] adurendum in Infernum

99. Profectò hæc est sanè veritas certitudinis.
96. Laudа ergo nomen Domini tui Magni.

Note

Surę inscriptio الواقعة Casuva, desumitur ex primo eius§ uersiculo: et de ea mox dicemus. Meccę tradibam fuisse, communis est sententia. Excipit tamen Gelal uersum 83. Anergo hanc narrationem. Et uersum is. Multitudo ex primis. Commata non eodem modo ab omnibus enumerantur. Plerique sex supra nonaginta: alij septem, octo, uel nouem uecentes. De præmio Lectorij hæc habe: من قراء سورة الواقعة ابدًا فی کل لیلة لم یصبه فاقة ابدًا: Qui legent suram Casuræ assiduè singulis noctibus: nunquam accidet ei pauperta, aut indigentia.

1. Cum incidet Casuva] Arabicè, اذا وقعت الواقعة: melius sententiam exprimeret, si uerteretur: cum irruet Irruitura; significatur enim dies supremi Iudicij, qui cum repentino impetu mortalibus superueniet.

7. In speciem tres] Arabicè ازواجًا, propriè coniugia significat. Sed hoc loco species, seu rectius classes, duos ordines uerti potest: nimirum, Socij dextræ: Socij sinistræ: et Præcedentes: de quibus mox

8. Socij dextræ] Hi erunt iuxta Gelal, الذین یؤتون کتابهم بایمانهم quibus tradetur Liber eorum in dextris ipsorum: nimirum liber, in quo scripta erunt bona opera eorum.

9. Quidem socij dextræ] Hoc dicitur per quæ modum admira-

tionis

rationij: nempe, ut explicat Celal تعظيما لشانهم, ad ostendendam magnitudinem status, et conditionij eorum: ac si diceretur: O quam magna eius gloria, et felicitas status eorum. Eod. modo sed ex opposito explicanda sunt que mox subijciuntur de sociis sinistre; nimirum reprobij, ac damnatis

17. Et precedentes, precedentes] Caponit Celal والسابقون الى الخير وهم الانبياء مبتدا السابقون تاكيد لتعظيم شانهم: et qui precesserunt alios ad bona opera, nempe Prophetę: et repetitur, precedentes, ad ostendendam magnitudinem, et amplitudinem statuum eorum, ac si diceretur: Et precedentes: o quam gloriosi erunt precedentes. Quamobrem mox subditur de illis: Hi erunt approximati: nempe, propiores Deo.

15. Multitudo ex Primis &] Sensus est iuxta Celalem: جماعة من الامم الماضية وقليل من الاخرين من امة محمد ص وهم السابقون من الامم الماضية. Multitudo ex gentibus precedentibus: et paucitas ex nouissimis, ex gente Mahumeti fauste memorię. Et ipsi precedentes, ex gentibus pręteritis ante Mahumetum; et hęc gens Mahumeti, supra lectulos discumbent: Precedentes enim multi erunt, quia fuerũt ex multis gentibus: Nouissimi autem pauci, quia fuerunt ex una gente Mahumeti, nempè Arabibus. Talia sancitur Precedentes primo loco, pro ijs, qui fuerunt ante Mahumetum: at uerò Precedentes secundo loco, pro gente Mahumeti, quę etiam precessit respectu Supremi Judicij: et concludit: يعنى ان سابقى امة محمد ص من جميع الامم اكثر من سابقى جميع الامم: significatur precedentes ex omnibus gentibus plures fuisse, quam precedentes ex gente Mahumeti fauste memorię

20. Cum uino ingiter fluente] Vox Arabica معين, exponitur

i Selale, خمر جارية من منبع لايقطع ابدا: vinum fluens ex fonte, qui nunquam manare cessabit

23. Et cavne auium]. Ridiculè hic Jahias, vel potius Author ab eo allegatus, قال سعيد بن راشد بلغنى ان الطير يصف بين يدى الرجل فاذا اشتهى احدها اضطرب ثم صار بين يديه نضيجا. Dixit Sahid filius Rasced: Peruenit ad notitiam meam, quòd aues ordinabim se se statuens ante unumquemque: eumque aliquis quamprimam ex ijs appetierit, illa commouebit se se, deinde apparebit ante eum cocta

31. Inter Lotos]. De hij arboribus supra dixi. Appellatur autè hæc arbor سدرة, Sedrat (nomine Sedram imitante) et etiam نبق Nebac. Sunt autem secundum Jahiam hæ arbores perpetuò uirides, et umbræ peremnij Aba-Emama. aseruit ارتفاعها من الارض قدر ماية سنة: eas eleuari in altum à terra per spatium, quòd non posset mensurari, nisi curru centum annorum.

32. Mauz] Arabicè hæc arbor uocatur موز Mauz, et طلح Talah. Est autem magna, et spinosa: quamobrem nescio cur inter Caradisi delicias eam reponant, nisi fortè quia umbrifera est, et fructus dulces parit

39. Et fecimus eas Virgines]. Selal: كلما اتاهن ازواجهن وجدوهن عذارى. Quotiescumq; accedent coituri ad eas mariti earum, inuenient eas Virgines, et addit, eas fluxus sine partu prolis, et sine sensu doloris, nimirum, quem experiuntur Virgines in coitu. Eadem habet Zamechascrius.

41. Multitudo ex primis]. Est hic manifesta contradictio illi, quod supra dixerat: Multitudo ex primis, et pauci ex nouissimis

Nouissimis.

64. Ne substituamus similes uobis, et iterum producamus uos in id, quod nescitis]. Pro امثالكم similes uobis, explicat Celal Kalkum loco uestri. Eos uero, quos substituturum se minatur Deus, putat esse من الصور كالقردة والخنازير figuras Simiarum, et porcorum, et huiusmodi. In quo uidetur tribuere Alcorano opinionem transmigrationis Pythagoricæ, nempe transitus animarum humanarum in bruta animalia, uel in alia corpora.

74. Ignem, quem elicitis ex arboribus uiridibus]. Verbum Arabicum يرى uidetur hic simpliciter significare, accendere, uel elicere, sed Celal addit, من الشجر الاخضر ex arboribus uiridibus, ex eo, quod mox sequitur in uersu sequenti.

78. Porrò non iurabo.] Conueniunt Expositores, particulam لا non, hoc loco esse superfluam: ita ut uertendum sit: Porrò iurabo, uel iuro. ~~Quamuis ex ultimis præcedentium uerborum~~ ~~negationem, quam Deus retinuare sequela superfluam~~ ~~dextrimet~~. quidam putant, لا non, referri ad aliquid præcedens, in quo errarent Mecani, ac si diceat, Non est ita ut dicitis. et deinde incipiat nouam elocutionem: Juro &c. Nempe non esse id quod dicitis. Quam meæ fidei Alcoranum habeamus in quo pro eodem habetur: negatio et affirmatio, negatio ab illa distinguitur: ita ut لا in Alcorano ~~Alcorano~~ deniat, quod de quadam locutione etiamsi ejusmodi Dantes celeberrimus Poeta in Carmine de Inferno: Del nò per l'ideaar uisi fa in. Hæc autem incertitudo affirmationis et negationis alibi etiam in Alcorano reperitur

85. Nonne porrò cum peruenerunt &c.] Obscurissima uerba. Celal: والمعنى هل ترجعونها ان نفيتم البعث صادقين فى نفيه اى لا ينتفى عن محلها الموت و البعث. Sensus est: Nonne reduceretis illas (id est studeretis reducere illas, nempe animas), si negatis resurrectionem, ut ejus negationis ueraces in negatione eius. Nimirum non possunt remoueri à statu suo mors, et resurrectio. Ac si dicat: Vos negatis resurrectionem, quasi possetis eam impedire: in quo quitur: ita ut لا in Alcorano deniat, quod de quadam locutione etiamsi ejusmodi Dantes celeberrimus Poeta in Carmine de Inferno: Del nò per l'ideaar uisi fa in. Hæc autem incertitudo affirmationis et negationis alibi etiam in Alcorano reperitur

si uerace esperis, impediretis etiam, ne anima per mortem egrederetur a corpore. Frigida omnia, et insulsa.

Refutationes

1. Manifestè sibi contradicit, dum primo, multos fore ex primis, et paucos ex nouissimis affirmat: deinde uerò tam ex primis, quam ex nouissimis multos fuauos esse pronunciat. Sed forsasse cum animaduertisset Mahumetus, se non parum detrahere religioni sue, dum paucos in illa saluandos, dum in preteritis religionibus, nempe Iudaica, et Christiana ingens multitudo salutem esset consecuta), affirmabat: palinodiam recantauit, malluitque sibi contradicere, quam uerdicus apparere: quamquam neq. sic uerdicus fuisset, quandoquidem, neque multi, neque pauci in superstitiosa illius secta salutem consequentur.

2. Retrudit, atque obtrudit Paradisum suum, cum puellis, puellis, lectulis, scyphis, crateribus, arboribus, pomis, ac fontibus. Semper tamen aliquid noui adeuitandam nauseã producit. Dicit nimirum puellas illas nigriculas, grandiusculas, albiculas, etiam uirgines perpetuò futuras: nempe, iuxta Moslemorũ explicationẽ; quotiescumq. Amatij earũ cum ijs coire uoluerint, semper illas uirgines reperient: neque ex coitu dolor ullus, aut partus consequetur. Itaq. Licet milliès et milliès cum ijs venereum actum exerceant, nunquã tamen matres fient, sed semper post coitum, uirginitatem recuperabunt, ad unicam oblectationẽ Amatijs suis destinatã. Proh monstra libidinis! Quis hæc audiens non exhorrescat! Ergone summa

Cælio —

Ethicolarum felicitas, in perpetuo stupro ab Alcorano collocatur? Et quod gentium omnium etiam barbararum in terris legibus, ut nefarium in terris damnatur, in cœlo et licitum, et iustum, et honestum existimabitur?

3. Non satis fuit Mahumeto Paradisi sui habitatores, virginum stupratores facere, nisi etiam faceret helluones: tales nimirum, quales ipse erat. Cum enim sapenius in Paradisiaci mensis carnes appetisset; specialim hic avium carnes commemorat, ut potè egregij suauiores. Et ne uenatoribus, coquis, et popinis opus esset, ipse auey, si Alcorani Expositoribus fides habenda est, ante Ethicolarum oculos per agmina uolitabunt: et ad cuiusque nutum, illa se se coctam in manibus eius offeret, quam gulæ illius appetens. Quem alium, quam hunc Sardanapalus, uel Epicurus Paradisum exoptasset?

4. Exec, quod habetur hic uersu 64. et expositione Sapientis Morte morum, patet manifestè, Mahumetum credidisse μετεμψύχωσιν, nempe animarum transmigrationem, qua anima unius hominis, non solum in aliud corpus humanum transit: sed etiam in brutorum corpora transfertur. Et hanc certè opinionem, cuius Pythagoras primus author fuisse creditur, Sectæ Mahumetanorum ^maxima pars, ^alij Hebræi, ut certissimam amplectitur. Sed quam falsa, absurda, et impia sit, non est quod hoc loco demonstremus, quandoquidem certissimè probatum. Validissimè eam impugnauit Princeps Philosophorum lib. 1. de Anima t. 53. aliiq; doctissimi Philosophi, ac sancti Patres Græci et Latini. Ego uerò ^unico tantum argumento ^tam Hebræi, quam Mahumetani, ex ipsorum principijs desumpto, illius falsitatem et absurditatem demonstrabo. Cum enim tam hi, quàm illi certissimè credant, singulos homines cum suis corporibus et animabus in die Judicij supremi resurrecturos: hoc nullo modo illi potuit, si una anima habuerit successiuè plura corpora. Quamuis enim uerum illi, quod fingunt Hebræi (at refert eruditissimus Bartoloccius in sua Bibliotheca Magna Rabbinica tomo. 1. pag. 79.) animam Adami transiisse in Abraham, et ex Abraham in Dauid, et ex Dauid transituram illi in Messiam; quæro, utrum Adam, et Abraham, et Dauid in nouissimo die resuscitandi sint necne? Negare id non poterunt. Sed cum quæ anima, si bis erit in Messia tantum? Erunt igitur horum corpora inanimata, et non uiuentia à statua uel simulacro fictili, uel lapideo. Idem argumentum fieri potest Mahumetanis, dum asserunt animam Phinees filij Eleazari transiisse in Elian, et ex Elia in Alchedrum, seu sanctum Georgium. Hoc uerò argumentum ~~salua~~ iuxta doctrinam Mahumetanorum, militat etiam in transmigrationem animarum rationalium in corpora brutorum: nam ipsi certò credunt (ut alibi diximus) non solum homines, sed certijs etiam omnes cum suis corporibus et animabus in die Judicij illi resuscitandos.

سورة الحديد مكيّة
تسع وعشرون اية

SVRA LVII.

FERRVM

Meccana: commatum XXIX.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Laudat *Deum quod est in Cœlis, et terra: et ipse est Præcellens, Sapiens.*

2. *Ipsius est Regnum Cœlorum, et terræ: vivificat, et mortificat: et ipse est ad omnem rem potens.*

3. *Ipse est Primus, et Novissimus: et Apparens, et Occultus: et ipse est in omni re Sciens.*

4. *Ipse est qui creavit Cœlos, et terram in sex diebus: deinde consedit super Thronum. Novit quid ingrediatur in terram, et quid egrediatur ex ea: et quid descendat è Cœlo, et quid ascendat ad illud: et ipse est tecum ubicunque fueritis: et Deus in id, quod facitis est intuens.*

5. *Ipsius est Regnum Cœlorum, et terræ; et ad Deum reducentur res omnes.*

6. *Immittit noctem in diem, et immittit diem in noctem: et ipse est Sciens essentiam pectorum.*

7. Credite

7. Credite in Deum, et Legatum eius: et rogate ex eo, in
posuit nos successores [i. hæredes]. Corrò qui crediderint ex
nobis, et rogauerint, erit illis merces grandis. Et quid nobis *8
est, quod non credatis in Deum, cum Legatus hortetur
nos, ut credatis in Dominum nostrum? Et iam acceptis
pactum nostrum de credendo, si estis fideles?

9. Ipse est qui demittit super semum suum signa
euidentia, [i. Meteoranum], ut educat nos de tenebris in lucem.
Et profectò Deus est in hoc nobiscum sanè pius, et benè-
eos

10. Et quid nobis est, ut non erogemus facultates nostras
pro via Dei? et Dei est hæreditas Cœlorum, et terræ. Non
adequabuntur ex nobis qui erogauerit ante victoriam,
et pugnauerit: et qui hoc fecerit post victoriam. Hi
erunt maiores gradu, quam qui erogauerint postea, et
pugnauerint: sed tamen omnibus [i. utrisque] promisit
Deus Optimum [i. Paradisum]: et Deus de eo, quod facitis
est plenè instructus.

11. Quis est ille, qui fœneretur Deo fœnus pulchrum,
expendendo facultates suas pro eo: et duplicabit illud ei:
et ipsi erit merces honorifica?

12. Die quadam videbis fideles viros, ac fideles mulieres:
discurret lux eorum ante eos, et in dextris eorum: et
dicetur illis: Faustum nuncium nobis hodie: horti, sub
quibus eurrunt flumina: perpetuò commorabuntur eis
in illis. Hæc erit felicitas magna.

13. Die quadam dicent impij, et impijs ijs, qui credidérunt

Expectate nos, ut accendamus lumen de lumine vestro. Respondebitur illis: Revertimini retrò vestri in mendum, et exquirite lumen. Et firmabitur inter eos murus altus, cui erit porta: interior ejus pars gratiæ in interiori parte cujus erit misericordia: et interior pars illius ante se habebit pœnam. Inclamabunt ad eos [l. impij ad fideles]: Nonne fuimus vobiscum? Respondebunt illi: Utique: sed nos seduxistis animas vestras; et cum desideria exercuistis malum nostrum: et dubij fuistis in fide: et decepere vos concupiscentiæ, donec advenit impetus Dei [l. mors]: et decepit vos circa Deum [l. circa ejus misericordiam, et justitiam] Decepto [l. Satana] 14. Hodie igitur non suscipietur à vobis pretium redemptionis, neque ab illis, qui fuerunt infideles. Receptaculum vestrum erit Ignis: ipse erit Patronus vester: et infelix erit profectio ad illum.

15. An nondum tempus advenit illis, qui credidérunt, ut humiliter subjiciant corda sua commonitioni Dei, et illi quod descendit de veritate [l. Novum]: et ne sint sicut illi, quibus datus fuit Liber antea [l. Judæi, et Christiani: prolongatumque fuit super eos tempus: sic obdurata sunt corda eorum: et multi ex eis fuerunt prævaricantes].

16. Scitote quòd Deus vivificat terram post mortem ejus. Jam distinximus clarè vobis signa, ut vos intelligatis.

17. Certè eleemosynarij, et eleemosynatæ, et qui fenerati sunt Deo fœnus pulchrum: duplicabitur illis id, quod elargiti fuerint: et ipsis erit merces honorifica.

18. Et qui

18. Et qui credidérint in Deum, et Legatum eius, hi erunt
ueraces, et testes apud Dominum suum contra infideles:
ipsi enim merces eorum, et lux eorum. Qui uero incredduli
fuerint, et infideles fuerint signa nostra, hi erunt socij Inferni
19. Scitote, quod uita mundana est ludus, et iocus: ouna=
mentum uero, et studium gloriæ inter uos, et emulatio
multiplicationis in diuitijs, et filijs est sicut pluuia: de=
lectat agricolam germen eius [i. herbarum propter eam]: deinde
arescit, ita ut uideas illud flauescens: deinde erit stipula
arida. Et in nouissimo seculo erit pœna uehemens illis,
qui hæc secuti fuerint.

20 Et indulgentia à Deo, et beneplacitum erit his, qui
ea despexerint. Et non est uita mundana, nisi supellex de=
ceptionis [i. ad decipiendum]

21. Præuenite uos inuicem ad indulgentiam à Domino uestro,
et paradisum, cuius amplitudo est sicut amplitudo cæli,
et terræ: præparatus fuit illis, qui credidérunt in Deum,
et Legatos eius. Hæc erit munificentia Dei; tribuet
eam illi, cui uoluerit: et Deus est præditus munificentia
magna.

22. Non accidit quidquam a *infortunij in terra, neque in
personis uestris, nisi scriptum fuerit in libro antequam
eueniat illud. Porro hoc apud Deum est facile:

23. Ne forte contristemini ob id, quod auferetur uobis:
neque gaudeatis ob id, quod aduenit uobis. Deum autem
non amat omnem superbum, gloriabundum

24. Qui auari sunt, et præcipiunt hominibus auaritiam

a *accidentij

et qui auertit se ab erogando id, quod conuenit: profecto Deus est Viuus, Laudatus.

25. Iam quidem misimus Legatos nostros cum euidentibus argumentis: et demisimus cum eis Librum, et Stateram [i. legem iustam], ut staret homines cum iustitia: et demisimus Ferrum [i. docuimus autem illud effodiendi]: in eo est uirtus ad pugnandum ualida, et utilitates hominibus: et ut cognoscat Deus quis adiuuet eum, pugnando pro eius Religione, et Legatos ipsius in absentia eorum: quippe Deus est fortis, prepotens.

26. Et iam quidem misimus Noë, et Abraham: et posuimus in progenie utriusque prophetiam, et Librum: et ex ipsis quidam fuit directus: sed multi ex illis fuerunt preuaricatores

27. Tum subsequi fecimus per uestigia eorum Legatos nostros: et subsequi fecimus Iesum filium Mariæ, et dedimus ei Euangelium: et posuimus in cordibus eorum, qui secuti sunt eum, pietatem, et misericordiam, et monachismum: instituerunt eum ipsi: non prescripsimus eum illis: nonnisi obsequium placendi Deo. Sed non obseruauerunt eum ueritate obseruationis illius. Dedimus autem illis, qui crediderunt ex ipsis, mercedem suam: sed multi ex eis fuerunt preuaricatores.

28. O qui credidistis [erunt] in Iesum: timete Deum, et credite in Legatum eius Mahumetum: dabit uobis duas portiones de misericordia sua: et ponet uobis lumen, in quo ambuletis, et parcet uobis: nam Deus est

Indulgens

i Indultor, m Misericors.

29. Ne forte nesciat familia Lectoris II. Judei, et Christiani / quod non possunt vem ullam de liberalitate Dei: et quod liberalitas est in manu Dei. Conferet illam cui voluerit: nam Deus est præditus liberalitate magna: docet illos hanc veritatem

Note

Epigraphe desumitur ex versu 25., ubi de Ferro dicitur fit mentio. Jahias fecit hanc suram مدنية Medinensem totam. Celal مكية او مدنية Meccanam, aut Medinensem. Nimirum incertum est ubi tradita fuerit: eum tamen ex loco suarum, ut alibi notauimus, pendeat fere tota earundem legitima expositio. De numero versuum non inuenio inter Amanuenses discrimen: ubique enim nouem supra viginti uides computari. Quod ad lectorij mercedem attinet: من قراء سورة الحديد كتب من الذين امنوا بالله ورسوله: Qui legerit suram Ferri, describetur inter eos, qui credide-runt in Deum, et Legatum eius.

1. Laudat Deum ℱ. Arabice سبّح laudauit tempore præterito: quod tamen puto hic pro præsenti accipiendum: uel pro imperatiuo, laudet, . Nam non raro tertia per-sonæ, imperatiuæ, uel deprecatiuæ desumitur.

6. Immittit noctem in diem ℱ Primum facit augendo diem, et noctem imminuendo: secundum uero ex opposito. Ita Celal. Ted uidetur simpliciter exponendum: Auge-deue facit noctem diei, et diem noctι. Certiores reddimur

12. Lux coram ante eos, et in dextrij eorum]. Hæc lux, ut explicat Iahias, ante eos erit veluti dux viæ in Lavadisum: in dextrij verò orietur alia lux ex Libro illij tradito, de qua supra dictum est

15. Demisimus Librum, et stateram]. Zamchascenius putat agi hic de statera materiali, quæ à Deo tradita fuit Noë: sic enim habet: روى ان جبرئيل نزل بالميزان فدفعه الى نوح فقال مُر قومك يزنوا به: habetur ex relatione, Gabrielem descendisse è Cælo cum statera, eamque tradidisse Noë, ac dixisse illi: Præcipe genti tuæ, ut utantur ea ad ponderandas.

Demisimus Ferrum]. Explicat Zelal اخرجناه من المعادن Eruimus illud ex fodinis. Ita etiam Iahias; nec dissentit Zamchascenius, sed addit fabulas dicens: قيل نزل ادم من الجنة ومعه خمسة اشياء من الحديد السندان والكلبتان والميقعة والمطرقة والابرة وروى ومعه المر والمسحاة وعن النبى ص ان الله تعالى انزل اربع بركات من السما الى الارض انزل الحديد والنار والماء والملح: وعن الحسن وانزلنا الحديد خلقناه: Dicitur Adam detulisse secum ex Lavadiso quinque res ex ferro confectas; incudem, forcipem, malleum maiorem, malleum minorem, et aeum. Alij addunt, eum detulisse secum galeam ferream maiorem, et minorem. Fertur præterea dixisse Prophetam Mahumetum: Deus demisit è Cælo in terram quatuor benedictiones: ferrum, ignem, aquam, et sal. Sed Athasan exponit: Demisimus ferrum, id est eruimus illud.

26. Prophetiam, et Librum]. Explicat Zelal يعنى الكتب الاربعة التوراة والانجيل والزبور والفرقان Nempe quatuor libros: Pentateu-

chum

chum, Euangelium, Psalterium, et Phoreanum, idest Alco=
ranum.

22. Monachismum Arabice رهبانية: definitur à Zelale رفض النساء واتخاذ الصوامع: Reiectio feminarum (idest coram .cassitatis), et habitatio in Monasterijs. Quidam post misericordiam incipiunt nouam sententiam: hoc modo: Monachismum uero adinuenerunt ipsi. Tamehaseenius probat utrumque. Jahiay: قال الحسن فرضها الله عليهم حيث ابتدعوها Dixit Alhasan: Confirmauit illis dum Deus decreto suo postquã ipsi adinuenerunt eum. Quod autem additur: sed non obser=uauerunt illum!* اذ كثير منهم تركوها وكفروا بدين عيسى ودخلوا فى دين ملكهم وبقى على دين عيسى كثير منهم فامنوا بنبينا: quia multi eorum deseruerunt illum, et abnegauerunt religio=nem Jesu: et amplexi sunt religionem Imperatoris sui. Multi tamen ex illis permanserunt in religione Jesu, et crediderunt in Prophetam nostrum. Tamehaseenius aliquanto modestius, dixerunt: لم يحفظوا نذرهم: non obseruauerunt uota sua.

* explicat Zelal.

Refutationes

1. Mirum est, Mahumeti ingenium ad pecuniarum auugsid. Primò enim captas populorum aurum ex laudibus Dei: ut ex eo recepta de illius pietate opinione, nemo posset in illo fraudem suspicari. At quemadmodum sucgeu=dam, ita Mahumetes stylum semper ad eumdem scopũ reuoluit. Ampullosæ Dei laudes in propinium tandem euanescunt, et euanescunt. Scipsem de more

à suis emendicat. Inveyiat eos, quòd pecunias suas auidius retineant, neque eas sibi dilargiantur pro uia Dei, nimirum pro bello contra Barbam, et Concines suos, ac cognatos gerendo, expendendas. Concludit tandem epiphonemate idem esse Mahumeti mausyrium implere, ac Deo fœnus pulchrum, idest cum maxima honestate, et utilitate fœnerari. Quoniam uerò Arabes, quantumuis agrestes, non erant adeò stupidi, ut propter huiusmodi uerba, pecuniarum suarum iacturam facere uellent: addit homo nafervimus consueta supremi iudicij seruiculamenta, nec cessat inuenim Paradisi sui mercej exponere, nec orbem ullam pretermittit, quæ miserorum hominum mausyria possit emungere.

2. Abyssonicum in mouem Paradisi sui dilatat finibus, dum illius amplitudinem tantam esse, quanta Cœli totius, et terræ est, pronunciat. Atqui certissimum est apud Mahometanos Paradisum in septimo Cœlo sitam esse, et partem tantum illius occupare; Quomodo ergo et Cœlum, et terram poterit latitudine, et amplitudine æquare, nisi extra Cœlum, et terram in spatijs imaginarijs collocetur?

3. Quod asserat, Monachismum fuisse laudabile Christianorum inuentum, quo Deo magij placerent; non autem institutum a quod à Deo præceptum, ac præceptum: potest ex parte tolerari. Re enim uera Christus monasticam, seu religiosam uitam non præcepit, sed liberam reliquit. Nihilominus dici non potest absolutè ab hominibus Christi ecclesij

adinuentam

adinuentam fuisse: nam Christus ipse in Euangelijs illam exemplo suo, et Apostolorum doctrinæ quantum pertinet ad substantiam illius, licet modum illum in egressis, eum trium votorum solemnium professione viuendi, qui nunc etiam est maxime in usu, non immediatè à Christo Domino, sed ab Apostolis, eorumque successoribus, non tamen sine Dei afflatu institutum fuisse probabilius censeatur. Ex parte etiam uera est Mahumetus, alioqui mendacissimus, dum Christianos Monachos institutum suum male obseruasse pronunciat. Hoc tamen de aliquibus tantum, uel etiam de multis uerum est. Sed humanæ hoc imbecillitati tribuendum: in omnibus enim institutis, quantumuis optimis et sanctissimis usu uenit, ut temporum decursu in deteriora prolabantur, uel à suis principijs non parum degenerent, ac decidant. Cæterum semper fuerunt, hodieque sunt inter Christianos, monasticæ, seu Regulares familiæ, in quibus exactissima morum norma, pietatis studium, uitæ austeritas, et sanctimonia, omniumque uirtutum forma conspiciatur. Ex hoc loco Alcoran. manifestè patet, Mahumetu approbare tanquam bona et uera religione à Christo institutas, in qua propterea uota possit eterna salus reperiri. Quod uerò uel Mahumetus ipse uel Moslemi, reprehendant Christianos religione à Christo institutâ mutasse uel corrupisse, asseruimus et ostendimus contra Prædicantes in Prodromo P. 3. cap. 1. etc.

4. Cum in Alcorano uerbum انزل demittere, perpetuò dicatur de ijs rebus, quæ è cælo, uel aëre in terram à Deo mittuntur: et hoc loco dicere fingatur Deus, انزلنا الحديد demisimus ferrum: manifestè patet, Mahumetum credidisse, ferrum non è terra erutum, sed uel è Cælo, uel è Paradiso à Deo in terras demissum fuisse: quemadmodum Mahumetanos, etiam ex Mahumeti testimonio existimasse, non negat doctissimus Interpres Zamchascenius

سورة المجادلة مدنية
اثنتان وعشرون اية

SVRA LVIII
DISCEPTATRIX.

Medinensis: communatum
XXII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

الجزو الثامن والعشرون

1. Iam audiuit Deus dictum illius, quę disceptat reum de coniuge suo, et conqueritur apud Deum: et Deus audit dialogismum uniusque uestrum: quippe Deus est auditor, inspector.

Pars nigesima octaua

2. Qui uocant dorsum matrij sue ex uobis aliquam ex uxoribus suis, sciant non esse eas matres ipsorum: Non sunt matres eorum, nisi quę genuerunt eos: et quidem ipsi dum uocant uxores dorsum matrij sue, ac si dicunt dictum iniquum, et mendacium: et quidem Deus sanè est inductor, condonator.

3. Qui autem uocant dorsum matrij sue aliquam ex uxoribus suis: deinde pœnitet eos eius, quod dixerunt: pœna eorum erit liberatio ceruicis [i. uniuscuiusque] antequam se se mutuò attingant per aliam erninga sem. Hoc est de quo commonemini: Deus autem de eo, quod facitis

facilis est polenè inobruetus.

4. Qui ueró non inuenerit captiuum, quem redimat: imponatur illi ieiunium duorum mensium se se insequentium [i. continuatorum] antequam se se mutuò attingant. Qui ueró non potuerit ieiunare: imponatur illi cibatio sexaginta prayerum. Hoc indulgetur uobis, ut euadatis in Deum, et Legatum eius. Hi autem sunt termini [i. statuta] Dei: et inerediliy eni pena obstinata.

5. Certè qui aduersabuntur Deo, et Legato eius, deprimentur, sicut depressi sunt qui fuerunt ante eos. Etiam demisimus signa manifesta. Inerediliy uerò eni pena ignominiosa.

6. Die, qua resuscitabit eos Deus uniuersos, enarrabit illis id, quod fecerint operati. Computauit illud Deus: et ipsi obliti sunt eius: et Deus super omnem rem est testis [i. presens est omnibus rebus]

7. An non nosti, quòd Deus scit quod est in Cœlis, et quod est in terra? non est ulla collocutio trium, nisi ipse sit quartus eorum: neque quinque, nisi ipse sit sextus eorum: neque minor, hoc numero, neque maior, nisi ipse sit cum eis, ubicunque fuerint. Deinde enarrabit eis id, quod fecerint in die Resurrectionis: quia Deus in omni re est Sciens.

8. Nonne considerasti eos, qui prohibiti sunt à colloquiis clandestinis: deinde redeunt ad id, à quo prohibiti sunt, et clam colloquuntur inter se de iniquitate, et hostilitate, et inobedientia erga Legatum? cum autem uenerint

adte, salutans te eo modo salutationij, quo nunquam
salutauit te Deus: et dicens inter se ipsos per iocum: Nonne
puniet nos Deus o id quod dicimus. sufficientia eorum
[i. pena, que illij sufficias] eis Gehenna: descendens com=
burendi in illam: et infelix eis profectio adeam

a evidemus 9. O qui evidistij, cum clam colloqueminj, ne colloqueminj
de iniquitate, et hostilitate, et inobedientia erga Legatum:
sed colloquiminj de iustitia, et pietate: et timete Deum, ad
a. co quem congregabimini in die Judicij.
10. Profecto clandestina collocutio de rebus iniquis est a
Satana, ut contristet eos qui evidevunt: sed non erit illius
nocens eij ulla in re, nisi ex concessione Dei: super Deum
ibaque inmittantur Fideles.
a evidemus 11. O qui evidistij, cum dicitur nobij: Dilatamini in
consessibus [i. recedite hinc inde, dantes locum Mahumeto]
ut redeat]? dilatamini: amplum spatium concedet Deus
nobij. Et cum dicetur nobij: Assurgite: assurgite. Exalta=
bit Deus eos, qui evidemus ex nobis, et eos, quibus data
est scientia, gradibus honorij in Caudiso: et Deus de eo,
quod facitis est plene instructus.
12. O qui evidistij, cum alloquimi eritij Legatum, prefere
ante allocutionem uestram, eleemosinam: hoc erit melius
nobij, et purius [i. aptius ad purgandu peccata uestra].
Quod si non inuenieritij quid offeratis]: profecto Deus eis
nobij indulgens, misericors.
13. An timetij, ne preferatis ante allocutionem uestram
eleemosinas, ob metum paupertatij? atque si non fece=

ritij

secentij hoc, et ignouent Deus uobis: saltem obseruare
orationem, et precere sanctum censum, et obedire Deo, et
Legato eius: et Deus commonitus est de eo, quod peraminj.
14. An non respexisti ad eos, qui acceperunt in sociosho=
mines, contra quos iratus est Deus? [1. Judges 3] eion sunt
ipsi ex uobis, neque ex illis: et iurant super mendacium,
et ipsi sciunt.
15. Preparauit Deus illis penam uehementem: quippe
ipsi pessimum est id, quod faciunt
16. Assumpserunt iuramenta sua in regumentum [1. ad uendos
se ipsos, et facultates suas]: et ideo auerterunt. Fideles
à uia Dei: quamobrem ens ipsis pena ignominiosa.
17. Non prodierunt illis facultates eorum, neque filij eorum
apud Deum quidquam. Hi erunt habitatores Ignij, ipsi
in eo perpetuò commoraturi.
18. Hic quidam suscitabit eos Deus omnes: tunc iurabunt
ei se esse Fideles, quemadmodum iurant uobis: et existima=
bunt se fore super aliquam rem [1. sicti hoc ad aliquid pro=
futurum]. Nonne sanè ipsi sunt mentientes?
19. Preualuit super eos Satanas, et obliuisci fecit eos
memoriam Dei. Hi sunt asseclæ Satanæ. Nonne porrò
asseclæ Satanæ ipsi sunt perdendi?
20. Certè qui aduersantur Deo, et Legato eius: hi erunt
inter ultimos.
21. Scripsit Deus: Certè uincam ego, et Legati mei: quip=
pè Deus est fortis, Preualens.
22. Non inuenies homines, qui credant in Deum, et diem

nouissimum, quod amant eum, qui aduersatur Deo, et
Legato eius, etiam si sint patres eorum, aut filij eorum, aut
fratres eorum, aut contribules eorum. Horum scripsit Deus
in cordibus fidem, et roborauit eos spiritu ex se [i. suo]:
et introducet eos in hortos, currens de subijcis flumina,
perpetuò commoraturos in illis. Complacuit sibi Deus
in illis, et ipsi complacuerunt sibi in eo. Hi sunt asseclæ
Dei: nonne porrò asseclæ Dei sunt felicitatem consecuturi?

Note

Inscribitur hæc Sura المجادلة Disceptatrix; non à disceptatione, seu contentione Mahumeti cum Arabibus, ut ineptè pronuncios ~~omnijeligimij, capientis sonis~~ Hottingerus: sed ex disceptatione, seu dialogismo Mahumeti cum Chaula filia Thaleb; de qua mox in scholio primi versus. Medinensem in omnibus exemplaribus inuenio. Hottingerus tamen suo dictatus afferit, se inuenisse etiam Meccanam. Beidauius facit مدنية وقيل العشر الاول مكية والثاني مدنية Medinensem: et secundum aliquos in prima Decade Meccanam: in secunda verò Medinensem. Versus duo sequentes illi communiter tribuuntur. Qui eam legerit كُتِبَ من حزب الله يوم القيمة, scribetur inter asseclas, seu factionarios Dei die resurrectionis

1. Quæ disceptat tecum de coniuge sua]. Telal: كان قال لها انتِ علىّ كظهر امّي وقد سالت النبى عن ذلك فاجابها بانها حرمت عليه على ما هو المعهود عندهم من ان الظهار موجوبة فرقه مؤبدة وهى خولة بنت ثعلبة وهو اوس بن الصامت. Dixerat ei (nempe Chaula maritus eius)

eius): Tu es apud me sicut dorsum matris mee (que, ut diximus, erat formula repudij). Illa uero consuluerat de hoc Propheta (Mahumetum): qui respondit, ijsi iam prohibitum esse illius coniugium, propterea quod tale esset factum apud eos receptum, quod huiusmodi forma loquendi importaret necessariò perpetuam separationem. Vocabatur autem mulier Chaula filia Hoaleb: et maritus eius Ausus filius Hamreti. Addit Iahias, cum Mahumetus de hac re Chaula consuleretur, respondisse: ما امرت فيك بشئ ارجعي الى بيتك فان ياتي شئ اعلمتك فلما خرجت من عنده رفعت يدها تدعوا الله وانزل الله قد سمع الله: Nihil mihi à Deo præceptum est circa te. Regredere in domum tuam. Si quid mihi revelabitur, notificabo tibi. Cum autem illa à Deo discessisset, eleuauit manum suam, et precata est Deum, qui rursus reuelauit Mahumeto ea uerba: Iam audiuit Deus [2. Qui uocant dorsum matrij sue] . Arabice الذين يظاهرون Latino uerbo uix exprimi potest, nisi barbarè dicamus, dorsizant, uel dorsizans. Iam innuit, fuisse in more Arabum Ethnicorum, siquando uellent uxorem repudiare, dicere illi: Tu es apud me uelut dorsum matrij mee. Qua forma loquendi, profitebantur se illas iam non, ut uxores, sed ut matres agnoscere, cum quibus semper deinde coniugium illicitum foret. Cur autem dorsum, et non aliam partem usurparent, non facile diuinarem. Fortasse meliorem partem corporij accipiendo, offendere nolebant, nisi eam sibi, et exosam esse uxorem, quam repudiabant. Mahumetes, ut patet ex dictis, consuetudinem hanc à principio protraxit

deinde uero, ut pernitiosam, impiamque damnauit.

8. Qui prohibiti sunt à colloeutione clandestina]. Erant hi Iudei, ut ait Zelal, qui clam inter se contra Mahumetum seditiosa consilia inibant: ac propterea interdixit ea illis Mahumetus. Hi autem per contemptum salutabant eum: nam pro eo ut dicerent السلام عليك Assalam aleica, idest Pax super te: detracta una littera, dicebant السم عليك Assam aleica, idest, Lethi, seu mors super te: qua salutatione nondum à Deo se salutatum fuisse affirmat, quia Deus nondum uolebat eum mori.

14. An non respexisti ad eos]. Erant hi Mahumetani quidem, sed impij, ac perfidi, qui amicos habebant eos, quibus Deus iratus fuit, idest Iudeos, ut explicat Zelal: et cum illis clandestina contra Mahumetum, et cæteros Mahometanos consilia inibant: et neque Mahometani erant, neque Iudei: et nihilominus se Mahumetanos esse mendaciter iurabant

Refutationes

1. Nimis leuem, et inconstantem se Mahumetus ostendit; dum illud idem, quod in Thaula uxore Ausi approbauerat, iustumque esse pronunciauerat: mox damnat, et tanquam magnum crimen, graui pœna puniendum statuit. Respondebunt forta sse Mahumetani, ipsum post id, quod contra Thaulam pro Auso definierat, nouam legem decreto suo contrariam à Deo accepisse. Sed. Verum non sine graui nota Prophetæ tanti, qui Prophetarum omnium lumen, et prudentiam, iuxta Moslemos, optinebat, dici potest illum

id iuratum

id iustum censuisse, quod Deus, ut iniustum, atque illicitum damnauit. Cuo tamen, hominem eque luxuriosum, ac uersutum eam legem, qua uxores semel repudiate, tamquam matres, cum quibus semper nefarium est filiorum coniugiũ, censebantur, datam sibi à Deo mentitum fuisse; ut ipse posset pro libito, de libidine uxores repudiare, iterumque recipere.

2. Cum Legislatorum partes sint, Reipublicę commoda, communeque bonum in ferendis legibus tantùmodò respicere: Mahumetus in Alcorano sibi ipsi perpetuò consulit, et rem suam sedulò curat. Nam quia (ut potè tyrannus) cum perpetua de suis Arabibus, præsertim Iudęis, suspitione uiuebat: ne eam quidem eos simul colloqui patiebatur, ne quid contra se mali moliuntur. Deinde se nimis ambitiosum, propriique glorię studiosum ostendit, cum eum, se adueniente, omnes iubet aspergere, seque in latera remouere, ampliumque spatium ad illius sessionem relinquere. Quum est hęc honoris species populum Romanum ei exhibere: dedecet tamen modestum Principem hęc eadem à populo per leges ambitiosius exigere.

3. Illud uerò, quod singulari amentię Mahumetum condemnat, est quod iubeat omnes ad se uenientes, secum colloquuturos, stipem sibi antea offerre, quę sanè, non ad publicum, sed ad priuatum commodum exigebatur: nam ad ea, quę utilitatem publicam spectabant, الزكاة, idest census sacer ab omnibus soluebatur. Refert Suetonius Tranquillus, in vita Caligulæ c. 47. [illegible] bunc Imperatorem [illegible], natas sibi filias, collatoriâ in alimoniam et dotem puellę facere cępisse, atq. edixisse, indictę anno se strenas recepturum.

Principium. Ab hoc in uerbis quorum Kalendis Januarij stetisse ad capiendas stipes quas plebis ante dies tradebat, de suis omnium gentium tributa fundebat. Supplevit Mahumetes Caligulæ auaritiam: nam quod ille fecit stultè lege hic plebiscitum sanxit.

سورة الحشر مدنية
اربع وعشرون اية

SVRA LIX
CONGREGATIO.

Medinensis: commarum XXIIII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Laudat *Deum id, quod est in Celis, et id, quod est in terra:*
et ipse est Prepotens, Sapiens.
2. *Ipse est, qui eiecit eos, qui fuerunt increduli de familia*
Libri (Iudeos scilicet Nodeirenses) è domibus suis ad
primam congregationem eorum in Syriam. Non putabatis
quod egressuri essent ex Arabia: et ipsi existimabant, quod
defensure essent ipsos arces eorum à Deo. At venit ad eos
Deus de unde non existimauerant: et coniecit in corda
eorum terrorem. Diruebant domos suas manibus suis,
et manibus Fidelium eos oppugnantium. Exemplum ergo
capite hinc o' prædicti oculi.
3. *Et nisi decreuisset Deus super eos transmigrationem*
vt. nisi decreuisset eos ex Arabia in Syriam ejiciendos T:
certè puniuisset eos in hoc Mundo: et ipsis in futuro seculo
erit tormentum Ignis.

4. *Hoc*

4. Hoc, quia ipsi schisma fecerunt aduersus Deum, et Le=
gatum eius. Qui autem schisma fecerit aduersus Deum,
ubique Deus est erga eum vehemens punitione.

5. Quod excidistis de palmis, vel reliquistis illas stantes sup=
runcos suos, fuit porro per voluntatem Dei, et ut ignominia
afficeret prævaricatores Judæos, qui eas possidebant.

6. Et id, quod concessit in prædam Deus Legato suo ex illis,
non impulistis super illud ullos equos, neque camelos [I. non
acquisistis illud ope equorum, aut camelorum]: sed Deus
prævalere facit Legatos suos, super quemvis: nam Deus
est super omnem vem potens.

7. Id, quod concessit in prædam Deus Legato suo ex familia
urbium, debetur Deo, et Legato, et habenti consanguinitatem
cum eo, et orphanis, et pauperibus, et filio semitæ [I. detento,
vel obsesso in itinere sua]; ut non sit in circulum perpetuus
felicitatis inter divites ex vobis. Quod autem dederit vobis
Legatus, accipite porro illud. Quod vero negauerit vobis,
abstinete ab eo affectando. Et timete Deum: quippe Deus
est vehemens in punitione.

8. Debetur etiam pauperibus emigrantibus è Mecca
in Medinam, qui eiecti sunt è domibus suis, et facultati=
bus suis, et exquirunt abundantiam à Deo, et beneplacito
eius; et adiuuant Deum, et Legatum eius. Hi sunt veraces.

9. Qui autem includebant Domum Medinæ, et fidem vene=
rantur ante eos, amant illum qui emigrauerit ad ipsos, et
non inueniunt in pectoribus suis necessitatem [I. inuidiæ]
ex eo quod datur ipsis illis de præda à Mahumeto; et præferunt

eos sibi ipsis, etiamsi sit in se necessitas earum rerum, in quibus eos sibi preferunt. Qui autem custodibus fuerit ab anxietate animę suę, hi certè erunt felices, * et qui venerint post eos, dicent: Domine noster, parce nobis, et fratribus nostris, qui præcesserunt nos in fide: et ne ponas in cordibus nostris malevolentiam erga eos, qui crediderunt. Domine noster tu certè es pius, misericors.

* 10.

ii. Etn non respexisti adeos, qui in impietatem prolapsi sunt? Pheuns frambus suis, qui sunt infideles ex familia Cohn [i. Judęis Medeinensibus]: Certè si electi fueritis ex Medina, profectò egrediemur vobiscum; et non obediemus inter vos ulli unquam præter vos. Et si oppugnati fueritis, certè adjuvabimus vos. At Deus testis est, quod ipsi sunt sanè mentientes.

iii. Profectò si electi fuerint, non egredientur cum illis: et certè si oppugnati fuerint, non auxiliabuntur ei: et certè si auxiliati fuerint ei, sanè retrò vertent terga: deinde non adjuvabuntur.

13. Certè vos fuistis robustiores illis, ob metum imi ipsum in pectora eorum à Deo: Hoc, quia ipsi sunt homines, qui non sapiunt.

14. Non pugnabunt contra vos Judęi omnes simul, nisi in oppidis munitis, vel de post muros. Vis militaris eorum inter se est valida: existimabis eos omnes simul [i. si cogitaveris eos esse unitos] [i. simul unitos], sed corda eorum sunt divisa. Hoc quia ipsi sunt homines, qui non intelligunt.

15. Juxta similitudinem eorum, qui secerunt ante ipsos nuper; gustaverunt gravitatem pene negotij sui: et ipsis erit supplicium doloriscum in seculo futuro.

16. Juxta similitudinem Satane, cum dixit homini: Esto infidelis. Cumque infidelis fuisset, dixit illi: Certè ego immunis sum à te [l. à peccato tuo]: quippe ego timeo Deum Dominum a seculorum. a Mundorum

17 Sic nihilominus existus utriusq; quod ambo in Ignem conjiciendi sint, perpetuò commorantur in eo: et hec erit retributio Iniquorum.

18. O qui evadistis, timete Deum: et inspiciat b unusquisque quid premittat bonorum operum ad diem evastissimum: et timete Deum, quippe Deus est perfectè instructus de eo, quod facitis. b anima

19. Et nolitis sicut illi, qui obliti sunt Dei: et obliviscitur eos Deus animarum suarum. Hi sunt Exuanicantes.

20. Non adequabuntur habitatores Ignis, habitatoribus Paradisi. Habitatores Paradisi ipsi erunt felices.

21. Si demisissemus hunc Alcoranum super montem; certè videres eum se se humiliantem, scindentem se se ex timore Dei. Has autem similitudines proponimus hominibus, ut ipsi eas mente revolvant.

22. Ipse est Deus, qui, non est Deus, nisi ipse: Cognitor occulti, et manifesti: Ipse est Misericors, Misericors

23. Ipse est Deus, qui, non est deus, nisi ipse: Rex, Sanctus, Pax, Fidelis, Custos, Exspectans, Dignus, Ex-

celsus

Laus Deo abes, quod associans [i. abiit ut habeat deos socios]

24. Ipse est Deus, Creator, Conditor, Formator. Ipsi sunt nomina pulcherrima. Laudat eum id, quod est in Cœlis, et Terra: et ipse est. Prepotens, Sapiens

Nota

Surę titulus Arabicè est الحشر, quæ vox primariò congregationem significat: agitur enim in ea de Judęis è Medina in Syriam à Mahumeto expulsis, et in eadem Syria congregatis. Exponit Zelal جلا, transmigrationem: alij aduersus expulsionem: alij dispersionem. Est autem Sura Medinensis; et commata quatuor sequentia illi subiunguntur. Qui eam legentis غفر الله له ما تقدم من ذنبه وما تاخر: ignoscet ei Deus peccata omnia antecedentia, et subsequentia

2. Ab prima congregatione eorum in Syriam] Hi nempe Judęi, qui dicebantur بنو النضير filij, seu posteri Nadzeiri ij electi sunt è Medina, in qua adhuc arces quasdam obtinebant. Primò cum aduersus Mahumetum una cum quibusdam perfidij Mahumetanij conspirassent: hunc enim ab eodem Mahumeto missi, deprehensique sunt in Syriam. Secundò cum regressi ijdem, vel alij, qui remanserant, iterum nouas molirentur: et tunc, ut scribit Zelal جلاهم عمر في خلافته الي خيبر, eiecit eos Omar in principio sui in regionem Chaibar.

5. Quod excidistej de palmij] Mahometani scilicet pugnabej

pugnantes contra Iudeos predictos, existimant hostilem
in morem palmeta quedam eorum: quedam uero intacta
reliquerant.

6. Et id, quod concessit in predam Deus legato suo] Ait
dicebat, inquit Zelal: فلا حق لكم فيه وتختص به النبي ومن ذكر
معه من الاصناف الاربعه على ما كان يقسمه من ان لكل منهم خمس الخمس وله عم
الباقي يفعل فيه ما يشاء، فاعطى منه المهاجرين وثلاثة من الانصار لفقرهم

Propterea nullum uobis ius est in ea, sed peculiariter
debetur Prophete, et illis quatuor hominum generibus, qui
supra commemorati sunt: quam horum unicuique
generi danda sit quinta quinte: reliqua uero concedant
Prophete, ut faciat de illis quod uoluerit. Dedit tamen
partem eorum ijs, qui Mecca emigrauerant: et tribus
ex auxiliatoribus ob paupertatem eorum.

7. Vt non sit in circuitu] Sententia est, has predas
ex urbibus deuictis relatas, distribuendas esse pauperi-
bus, non diuitibus: ne ad hos semper redeat fortuna
cum suis opibus.

15. Eorum, qui fuerunt ante ipsos nuper] Zelal: هم
اهل بدر من المشركين: hi fuerunt Bedrenses Idololatre, quos
Mahumetus paulo ante deuicerat.

16. Cum dixit homini] Possunt hec intelligi pro aliquo
casu preterito, nempe pro Adam, uel alio homine: uel
pro uero, que quotidie euenire consueuit, ideoque preteritum
pro presenti sit accipiendum.

22. Qui, non est deus, nisi ipse] Elegantem hic modum loquen-
di Arabicum, equiualentem huic: Preter quam nullus alius

est deus.

23. Zigad] Arabicè الجبّار. Hoc titulo utuntur etiam Christiani Syri loquentes de Deo, uel Christo. Tedhqe uox apud Arabes significat etiam superbum, ac tirannum+.

+ Dhis, aliisque Dei nominibus apud Arabes, inde, que supradicta sunt.

Refutationes

1. Oliua est Mahumeti sagacitas. Vt se Prophetam, ac Dei amicum uenderet: omnia, que per uim, fraudem, ac scelus ipse molitus, Diuino tribuit miraculo, presertim prelia, ac uictorias; seu uenius rapinas, ac latrocinia. Et que omninò fortè euentura esse ex quadam naturali necessitate, uel ~~conie~~ ictura agnouit; diuinare se, ac uaticinari confingit. Quidam etiam scientiæ illa, quam mediam, seu conditionatam uocant; que tamen nunquam erant futura, neque esse poterant, ~~prædicendo~~ simulat se sibi ~~quod~~ prorsus improbat ~~reuelante~~: eiusmodi est illud: Si Oleoranes hy. montem aliquem à Deo demissus fuisset: mons ille se se humiliter depressisset, ac per medium scidisset de timorem Dei. Sed poterat hoc Mahumetus experimento probare, si Oleoranem ipsum supra montem aliquem collocasset: nisi forte illius Mahumeti mens erat, non à se, sed à Deo, quemadmodum ad conuertendos Arabes, ita ad conuertendum montem, Oleoranem supra illum mitten- dum fuisse.

Tot hos non fecit ne mendax deprehenderetur:

2. Non ~~sum~~ magnanimitatem uictorias suas Deo tribuit Mahumetus. Volebat homo astutus prædas totas sibi arripere, militem labori mercedi nihil, aut premij tri-

buendo

tribuendo. Itaque prædam totam sibi, suisque cognatis deberi pronunciat: suum deinde fore, aliquid ex ea pauperibus, orphanis, et viatoribus obsessis, seu peregrinis impertiri. Videtur Zelal sentire, Mahumetum quinque partes ex prædæ fecisse, quarum unam sibi retineret: cæteras verò pro rata cognatis suis, pauperibus, orphanis, et viatoribus, seu peregrinis distribueret. Sed excusare multo Zelal Prophetæ sui auaritiam: patet enim ex ipsius Alcorani verbis, illum prædas omnes sibi vetinuisse: ad libitum verò suum cæteris impertitum fuisse. Illud verò non est prætereundum, nobile Mahumetum ex prædis aliquid diuitibus dari, ne felicis fortunæ circulus perpetuus illis obtingat. Ob hanc verò rationem, ne ipsi quidem aliquid dandum erat, cum essēt omnium ditissimi, et opulentissimi

^ neque cognatis eius

سورة الممتحنة مدنية

SVRA LX.

PROBATA.

Medinensis: commatum XIII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. O qui credidisti: ne accipiatis hostem meum, et ho-

hostem uestrum in socios, [a] ostendentes erga eos benevolentiam,
cum inreduli fuerint in id, quod uenit ad uos de ueritate
[i. in Meovam], [b] ejicientes Legatum, et uos è Meca, eo
quod credideritis in Deum Dominum uestrum: ut ego ue-
stris ad prosperandum provincia mea, et ob hoc desiderium
beneplaciti mei: [c] celantes erga eos benevolentiam uestram:
et ego scientissimus sum de eo, quod occultauerint, et quod
propalauerint. Qui autem fecerit hoc ex uobis, iam erra-
uit ab equitate uia.

2. Si habuerint uos in potestatem, erunt uobis hostes, et
extendent contra uos manus suas, et linguas suas
cum malo: et cupient, ut euadatis infideles.

3. Nullatenus proderunt uobis consanguinitates uestre,
et filij uestri die resurrectionis: [post] diuisionem inter uos.
Et Deus in id, quod facitis est intuens.

4. Jam fuit uobis exemplum pulchrum in Abraham,
et ijs, qui fuerunt cum eo, cum dixerunt genti sue: Nos
certe immunes sumus a uobis, et ab eo quod colitis preter
Deum. Abnegauimus uos: et inceptata est inter nos, et
inter uos inimicitia, et odium in perpetuum, donec credatis
in Deum unicum. Verumtamen dictum Abrahe ad patrem
suum fuit: Profecto indulgentiam precabor prote: sed
non potero obtinere tibi à Deo quidquam. Domine
noster, super te innixi sumus, et ad te conuersi sumus:
et ad te [est] reditus nostre.

5. Domine noster ne ponas nos ad tentationem
ijs, qui sunt infideles: et parce nobis Domine noster:

tu quippe

a. ita ut ostendatis

b. dum ejiciebant

c. ita ut celetis

a. c

aquippe ed Ergo rem, sapiens.

6. Certè iam fuit nobis in illis exemplum pulchrum ei, qui sperat in Deum, et diem nouissimum. Qui autem negligens fuit: certè Deus est diues, Laudatus.

7. Fortè eueniet, ut Deus ponat inter nos, et inter eos, quos hostes habetis exeis, benuolentiam; nam Deus est potens: et Deus est Adiutor, Misericors.

8. Non uetat nobis Deus quoad eos, qui non pugnauerunt contra nos circa Religionem, neque eiecerunt nos è domibus uestris, ne benefice agatis cum illis, et iustè nos gerati erga eos: quippe Deus amat iustè agentes.

9. Sed uetat nobis Deus quoad eos, qui pugnauerunt contra nos circa Religionem, et exturbauerunt nos ex habitaculis uestris, et auxilium dederunt ad exturbandos nos, ne amicitiam ineatis cum illis: qui autem accesserint eos in amicos, hi erunt iniqui.

10. O qui eredi eruns isti, cum uenerint ad uos mulieres fideles transmigrantes ad infidelibus: probate illas. Deus scientissimus est de fide illarum. Quod si cognouceritis eas esse fideles, ne remittatis eas ad infideles. Non sunt ipsis licitæ illis ad coniugium; neque ipsi sunt liciti illis: et date illis [i. mariti earum in fidelibus] id, quod expenderunt in dotem earum. Neque erit piaculum nobis, si nuptias cum eis, dummodò dederitis eis mercedes earum [i. conuenientem dotem]. Et ne retinea-tis patrocinium uxorum uestrarum infidelium: sed repetite id, quod expenderitis in dotes earum: et reperans

omnes ab huiusmodi fœminis id, quod expenderunt pro
eis: et remittant eas ad maritos suos infideles. Hoc est
iudicium Dei, quo iudicat inter vos: et Deus est Sciens,
Sapiens.

11. Quod si fugerit à vobis aliqua ex uxoribus vestris
ad infideles, deinde deprædati fueritis eos, date illis quorum
fugerint uxores, iuxta id, quod expendebant in dotes earum:
et timete Deum, in quem vos estis credentes.

12. O Propheta: cum venerint ad te Fideles mulieres
transfugæ ab infidelibus iureiurando promittentes tibi, quod
in posterum non associabunt cum Deo quidquam, neque
furabuntur, neque ~~xxxxxxxxxx~~ fornicabuntur, neque
occident filios suos, neque venient cum mendacio, quod
confingant inter manus suas, et pedes suos: neque inobe-
dientes erunt tibi in eo, quod est iustum: tum fidem tuam
promitte illis, et veniam precare illis à Deo: quippe
Deus est Indulgens, Misericors.

13. O qui credidistis: ne societatem inieritis cum ho-
minibus, super quos iratus est Deus [1. Judeis]. Iam
desperarunt de futuro seculo, sicut desperarunt infideles
~~ex~~ de habitatoribus sepulchrorum.

Nota

Epigraphe Arabica المتحنة, cui potest Probata,
et Probanda: estque generis fœminei singularis numeri.
Iubet enim hic Mahumetes probari fœminas, quæ ab
infidelibus transfugæ, se iam fideles esse asseverabant.

De Loco

De loco et numero
versum huius Suræ, non est inter Expositores discrepantia. Qui eamdem legerunt شفعاء كان له المؤمنون والمؤمنات
يوم القيمة: habebit pro se intercessores in die Judicij resurrectionis omnes fideles tam viros, quam mulieres.

1. Hostem meum, et hostrem nostrum] Exponit Jelal, Meccanos infideles.

Si egressi fuerint ad prœliandum &. Curat Jelal espe
cie apposuisse, et subintelligi responsicam فلا تتخذوهم اولياء: ne accipiatis eos in amicos, celandæ benevolentiæ &. Sed ui
detur benè currere posse sententia sine huiusmodi res
ponsiua, si dicamus in sequenti, et qui fecerit hoc, ab
undare particulam, et, . Vel connectendo, si egressi fue
rint, cum superioribus, Ne accipiatis hostem meum &. Et
sane conuenit eum expositione Jelalis.

2. Cum malo] idest, ut exponit Jelal, uerbe uantes, et
occidentes uos manibus: et conuitia linguis ingerentes.

5. Ne ponas nos ad tentationem] Exponit Jelal لا تظهرهم
علينا فيظنوا انهم على الحق فيفتنوا بنا: ne facias eos euadere superiores
nobis, ne propterea existiment se esse in uera religione, ideoq; diuexent, aut seducant nos in errorem.

6. Qui autem uergiuersatus fuerit] Arabicè يتولّ, si
gnificat etiam accipere aliquos in socios, uel amicos, ut
patet in hac eadem Sura. Sed cum hoc loco absolutè ponatur
uertendum censes uergiuersari.

10. Cum uenerint ad uos mulieres fideles] Huiusmodi
fœminæ asserebant, se esse uere Mahumetanas, ac propterea
transfugisse, ac transmigrasse ad Mahumetanos à

gente sua infideli. Quamobrem Mahumetes iubet eorum
fidem exploran, ac probari, inquit Zelal, بالحلف انهن ما
خرجن الا رغبة فى الاسلام لا بغضا فى ازواجهن الكفار ولا عشقا لرجال من المسلمين
كذا كان ح يحلفهن. iuramento, quo asserant, se non fuisse
egressas a gente sua, nisi ob desiderium suscipiendæ
Religionis: non ex odio coniugum suorum in fidelium,
neque ex amore erga aliquem Mosleminorum, quem
deperirent. Hoc modo cogebas illas iurare Mahumetes
11. Aliqua ex uxoribus uestris] Arabice شئ من ازواجكم
res aliqua de uxoribus uestris. Coresy, iuxta Zelal, ex-
plicari شئ من مطورطن بالذهاب اليهم: aliquid de dote illis tradita
ob fugam ad infideles. Porro uerbum Arabicum فعاقبتم, ex-
ponitur ab eodem فغزوتم وغنمتم, et preleandes predam retulentis,
nempe ex illis ipsis, ad quos femine transfugerant, utrego
puto.

12. Quod confingant inter manus suas, et pedes suos]
Exponit Zelal: اى بولد ملقوط ينسبنه الى الزوج ووصف بصفة الولد الحقيقى
فان الام اذا وضعته سقط بين يديها ورجليها nimirum mentiendo
posse spuriam ueram esse, et legitimam ex suo uiro.
Quia scilicet cum mulier parit, caduc fœtus inter manus,
et pedes illius.

13. Infideles ex habitatoribus sepulchrorum] Exponit
Zelal اذ يعرض عليهم مقاعدهم من الجنة لو كانوا امنوا وما يصيرون اليه
من النار. Cum ostenditur illis sedes eorum, quam in
Paradiso obtinuissent, si fuissent fideles: et ignis ille,
ad quem proiecturi sunt. Hæc scilicet causa est desperationis eorum, cum adhuc in sepulchro detinentur.

Refutatione

Refutationes

Nihil hic refutandum occurrit, nisi intestinum odium, quod ingerere nititur asseclis suis aduersus Meccanos communes coneiues, et cognatos; quod duplici titulo colorare se putat: Primò, quod in Alcoranum credere noluissent: secundò quod se, et socios suos nouæ Religionis secessores è Mecca eiecissent. Verum, beneuolentiam alicui denegare, imò hostili odio illam prosequi, quod fidem, et Religionem amplecti, præsertim nouam amplecti nolit, est manifeste contra charitatem, et contra ipsius Alcorani leges, quibus statuitur, nullam in religione uim, aut coactionem esse debere. Latiam uerò, et Coneiues, ac cognatos odio insectari, etiam si ab his iniuria aliqua accepta fuerit, pietati manifestè, atq; humanitati aduersatur, ut paulò superiùs demonstrauimus.

Cæterùm uel Mahumetus coneiuium, cognatorumq; suorum infidelium perniciem exoptabas, uel salutem. Si primum, impium se, ut dixi, improbumque ostendebas. Si secundum: beneuolentia potius, humanitate, et clementia, quam odijs, et simultatibus uti paterat: præsertim cum Mahumetus ipse fateretur, facile fore, ut Deus poneret inter asseclas suos, et hostes Meccanos beneuolentiam: quippe non solùm potens ad hoc, sed etiam suapte natura Indultor, et Misericors: quam indulgentiam, ac misericordiam æquum erat ipsum imitari.

سورة الصف مكّية

SVRA LXI

ORDO.

Meccana: commatum XIV.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Laudat id, quod est in Cælis, et id, quod est in terra: et ipse est Potens, Sapiens.

2. O qui credidistis, quare dicitis id, quod non facitis [i. cur dicitis vos pugnaturos, et deinde fugitis in bello]?

3. Prædè est odio [i. odiosissimum est] apud Deum, quòd dicatis id, quod non facitis.

4. Certè Deus amat illos, qui pugnant pro ejus causa cum ordine, ac si ipsi essent ædificium firmiter dispositum.

5. Et cum dixit Moyses populo suo: O populi mei, quare lædetis me? et iam scitis, me certè esse Legatum Dei ad vos. Postquam autem deviaverunt à veritate, deviare fecit Deus corda eorum à directione: nam Deus non dirigit homines prævaricantes.

6. Et cum dixit Jesus filius Mariæ: O filij Israël, certè ego sum Legatus Dei ad vos, confirmaturus id, quod præ-dictum fuit ante me de Pentateucho: et annunciaturus Legatum, qui veniet post me: nomen ejus Ahmad. Postquam

quam autem hic venit adeos cum evidentibus argumentis, dixerunt: Hoc est prestigium manifestum.

7. Quis autem est iniquior, quam qui confingit de Deo mendacium; et ipse vocat ad Religionem Islam? et Deus non dirigit gentes iniquas.

8. Volunt extinguere lumen Dei oribus suis: sed Deus perficiens est lumen suum, etiam si renuant infideles.

9. Ipse est, qui misit Legatum suum cum directione, et Religione veritatis, ut appareat faciat eam super Religionem omnem illi contrariam, etiam si renuant Associantes.

10. O qui evedidistis, an ostendam vobis mercimonium, quod liberet vos à pena dilectantes?

11. [a] Credatis in Deum, et Legatum eius: et decertetis pro via Dei cum facultatibus vestris, et animabus vestris. Hoc est melius vobis, si scientis.

12. Laxet vobis peccata vestra, et introducet vos in horto, desub quibus currunt flumina; et habitationes bonas in hortis Eden. Hæc est felicitas magna:

13. Et dabit vobis alia, quæ desideratis: auxilium à Deo, et victoriam propinquam. Et evangeliza fidelibus.

14. O qui evedidistis, estote adiutores Dei, quemadmodum dixit Jesus filius Mariæ Apostolis: Quinam erunt adiutores mei ad Deum? Et respondentes Apostoli: Nos enimvero adiutores Dei. Credidit ergo pars ex filijs Israël: et incredula fuit. Et roborauimus eos, qui evedidistis super hostem eorum, et superiores facti sunt.

[a] Credentes
[b] decretum

eua serunt superiores in bello contra eos

Nota

Inscribitur hęc Sura الصف, idest Ordo, ab eadem uoce, quę habetur uersu quarto, in quo præcipitur Mahumetanis ordinem in exercitu, ac prælio seruare: seu, ut explicat Zelal, bipartito ordine procedere. Idem Author, et alij non= nulli dubium relinquunt, Meccana ne sit, an Medinensij. Jahias tamen totam nulb esse Medinensem. In numero uersuum fere omnes conueniunt. De præmio Lectoris hęc habentur من قرء سورة الصف كان عيسى مصليا عليه ومستغفرا له ما دام فى الدنيا وهو يوم القيمة رفيقه. Qui legerit Suram Ordinis, orabit Iesus pro eo, et ueniam precabitur pro eo, quandiu fuerit in hoc Mundo: in die autem resurrectionis erit illi fidus socius.

a. 5. Quare lædistis me?] Lædebant Israëlitę Moysen, quia, ut ait Jahias, زعموا انه ادر: dessiatebantur eum hernia laborare. Vide quę de hac Fabula superius dicta sunt.

6. Nomen eius Ahmad] Duplici nomine uocabatur Mahumetus: احمد Ahmad: et محمد Mohammad, eum eadem fere significatione. Primum enim, Laudatissimus, secundum uero Laudatum significat. Sed neutrum homi= ni sceleratissimo, ac mortalium omnium uituperabilissimo conuenit. Existimo Græculum aliquem apostatam per= suasisse Mahumeto, Spiritum Sanctum, quem Christus promisit, nuncupatum ab eodem fuisse non περίκλυτον Sanctum, id est Laudatum, seu Consolatorem: id

Tum —

περικλυτον Periclytum, idest valdè inclitum, ac celebrem: quod satis convenit cum nomine Ahmad, Laudatissimus
14. Credidit ergo pars ex filijs Israël] Satis insulsè Celal
امنت طايفة بعيسى وقالوا انه عبد الله رفع الى السما وكفرت طايفة لقولهم
ابن الله رفعه اليه فاقتتلت الطايفتان: Credidit pars in Iesum, di-
centes illum esse servum Dei, et assumptum in Cælum.
Pars incredula suis, et infidelis, asserendo illum esse filium
Dei, ab eodem in Cœlum sublatum. Commiserunt igitur
hæc duæ factiones pugnam inter se &

Refutationes

1. Moysen non semel, sed sæpius ab Israëlitis læsum fuis-
se, apertissimè habetur ex Pentateucho. Quod verò totam
hanc lectionem velit Alcoranus, iuxta Expositorum sen-
tentiam, in eo situm fuisse, quòd illum hernię morbo
laboraret populus affirmaret: ridiculum prorsus est.
Neque enim ~~haeresim~~ hoc erat tantum malum, ut ex
illius vulgatione Moyses adeo se læsum fuisse conqueve-
retur. Sed figmenta sunt hæc, quę iam supra refuta-
vimus
2. Ea, quę habet hic Alcoranus de Christo, et Apo-
stolis, et de prædictione facta ab ipso Christo de Ma-
humeto, eiusque nomine, ficta prorsus, et falsa
esse patet: nullibi enim apud Euangelistas, aut
Sacros Scriptores reperiuntur. Quod si dicant Ma-
hometani, hæc vel à Christianis ex Euangelio sublata
fuisse, vel ab Euangelistis prætermissa, et à Deo

Mahumeto revelata: iam alibi ostendimus, primum esse omnino impossibile. Secundum uero grauj prorsus assertur. Neque enim credi, nisi stultissimè potest, rem tanti momenti, qualis erat noui Prophetæ, ac Legislatoris, nouæque Religionis* à Christo Israëlitis * promissio facta, ita in oblivionem abijsse, et tam alto silentio oppressam fuisse, ut, ne Apostoli quidem de ea quidquam resciuerint, nec Euangelistæ aliquid meminerint: et Ahmadi nomen a Christo prædictum, nunquam in notitiam ullius per tot sæcula deuenisse.*

* Vide Prodromū p. 1. cap. 6. pag. 157.

3. Falsò, et prorsus thrasonicè iactat Mahumetus, se Religionem, seu potius superstitionem suam Religionibus uniuersis superiorem effecturum. Nunquam fecit hoc, neque faciet: semper enim Christiana Religio, et Mahumetana, et cæteris sectis erit superior: quemadmodum * Vide Prodr. p. 2. cap. 5. pag. 144. alibi demonstrauimus.*

4. Obseruanda præterea non est consueta Mahumetis fraudulentia, dum à Dei laude exordiens, statim scenam immutat, et ad exercitus suos in bello ordinandos, et instruendos transgreditur. Hæc scilicet est malorum Principum ars, ambitionem, et impietatem suam religione, et pietate, ad facilius populos fallendos cohonestare. Omitto, quàm importunè, et penitus extra rem, à choro, ut ita dicam, ad castra; à bello ad Moysen; ab Israëlitis ad Iesum, et Apostolos; ab his ad superstitionem suam Islamiticam transiliat. Sed hoc perpetuum est uitium in Alcorano, in quo una tantùm constans est inconstantia.

Ergo

A

S. Dum Mahumetus affirmat hic, iuxta Mahumetanorũ expositionem, Mahumetum Christo post eius mortem, seu assumptionẽ in cœlũ, in duas factiones diuisos fuisse: alios quippe asserebant eum Christum esse hominem, alios uero Deũ, seu filiũ Dei: ac propterea inter se armis decertasse: Deum uero primos adiuuisse, ut de secundis uictoriã referrent, illisq; superiores euadèrent: manifestissimi mendacij testimonio omnia quæ antiquorum & recentiorum Sacrarũ Scripturarum, quæ Mahumetanam infallibiliter scribitur legimus de eorũ Christi assertis: Multitudinis autẽ eorundem erat cor unũ, et anima una. Vide supra Legimus fuisse inter eos huiusmodi scissuras circa Christi humanitatẽ et diuinitatẽ; et multo minus, interuenisse ob hãc causam eorũ dissidia, et eos qui contendebant Christũ esse purũ hominẽ, illis qui eũ diuinitate tribuebant superiores in bello fuisse. Fabulæ hæc omnia sunt & mendacia. Vide quæ diximus Prolegom. p. 3. cap. 16. pag. 350. quibus similia sunt ea quæ scribit Abdias Babylonius de eorũ relatu ab Hottingero in Hist. sua Orientali pag. mihi 345: nimirum, D. Paulum cum ex persecutore Christianorum, diuinis flagellis admonitus, Christo nomen dedisset, se se intra sacellum occlusisse, ubi de cœlestibus reuelationibus cruciabatur. Nullum autem unquam admittere ad colloquium uoluit, nisi post multos dies: tum uero quatuor tantum admisit: nempe Iacob, qui fuit Author Iacobitarum: Nestor, seu Nestorium, a quo Nestoriani orti sunt: Melkun, a quo dicti sunt Melkitæ: et Elmumen, id est Fidelis, quia scilicet hic solus ueram fidem profitebatur. Cum autem quatuor his uiris S. Paulus Christi diuinitatem et humanitatem manifestasset, tres primi, quamuis cum aliquas inter se dissidentias, crediderunt Elmumen

autem obstinate perstitit in sententia sua asserens Christum non esse nisi purum hominem. Quamobrem S. Paulus incitauit tres primos et eorum asseclas ad preliandum contra Almumen, eosque qui illi adherebant. At Elumumen profligauit illos: fugerunt que in Syriam. Facte
* p + refert ipse- sitibien cum- dam Zeidi ebn-Athy, qui
nius Ahmed Con- cubis. Porro Zamchascerius + ab aliquo, ut puto, Christiano admonitus, agnouit crassissimum Prophe- tam suum et eius que Expositorum errorem: utque illum aliquo modo [illegible], uoluit Alcoranum loqui non de preliis
a. alijs materiali inter assecias Christi, sed de [illegible], nempe
* Vi- mu- pa de concertatione illa que fit per disputationes eb argumenta inter aduersarios in rebus fidei uel religionis. Sed in hoc discedit Zamchascerius a communi suorum sententia: neque omnino eximit Mahumetem a falsitate, eius nulle huiusmodi concertationes fuerint inter primos illos assecias Christi: nisi forte in [illegible] dedicationibus Discipulorum Christi inter Turcis qui nulla illorum adherebant.

سورة الجمعة مدنيّة
احدى عشرة ايّة

SVRA LXII.

CONVENTVS.

Medinensis: commatum XI.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1 Laudat *Deum id, quod est in Cælis, et id, quod est in terra:*
Regem, Sanctum, Prepotentem, Sapientem.
2. *Ipse est qui suscitauit inter Idiotas* [i. *Arabes*] *Legatum*
ex ipsis, qui recitaret eis signa sua [i. *Alcoranum*] *et puni-*
ficaret eos, et doceret eos Librum, et Sapientiam [i. *Alcoranu,*
et quę in eo sapienter disponuntur] : *et quidem fuerunt*
antea sanè in errore manifesto.
3. *Alijsuè ex illis nondum assecuti sunt eos in Religione,*
et fide : *et ipse est Prepotens, Sapiens.*
4. *Hęc est Liberalis gratia Dei* : *dabit illam cui uoluerit:*
et Deus preditus est Liberalitate magna.
5. *Similitudo eorum, quibus datus est ad portandum*
[i. *obseruandum*] *Pentateuchus; sed non portauerunt*
illum, est sicut similitudo asini, qui portat libros.
O miseram similitudinem hominum, qui mendacij
insimulauerunt signa Dei! et Deus non dirigit

gentes iniquas.

6. Die: O qui sunt Judei, si existimatis uos esse amicos Dei præter eqtevos homines: exoptate mortem, si estis veraces

7. Sed non exoptabunt eam unquam ob id, quod præmiserunt manus eorum [i. propter peccata sua præterita]: et Deus est Cognitor iniquorum.

8. Die: Profecto mors, a qua refugitis, utique ipsa occursura est uobis: deinde adducemini ad Cognitorem occulti, et manifesti: enarrabitque uobis id, quod fueritis operati.

a. deerunt

9. O qui credidistis, quando uocatum fuerit ad ouarion diei Conuentus [i. feria sexta] festinate ad commemorationem Dei, et relinquite mercaturam. Hoc erit melius uobis, si scientis.

10. Cum uero absoluta fuerit ouatio, tunc dispergimini per terram [i. pergite, quo uultis]: et exquirite per negotiationem de liberalitate Dei: et mementote Dei plurimum, ut uos felices sitis.

11. Sed cum uiderint mercaturam, aut Ludicrum, effunduntur ad ea, et relinquent te stantem. Die: Id, quod est apud Deum, præstantius est, quam Ludicrum, et quam mercatura: et Deus est Optimus uictualium prouisorum.

Nota

Inscribitur Sura الجمعة, Conuentus, seu Congregatio, quæ uox habetur uersu nono, et accipitur apud Mahumetanos pro feria sexta, seu die Veneris, in qua, ut-

pote

ut pote apud ipsos festiua, conueniunt in Meschitis suis
ad publicas preces. Medinensis à plerisque existimatur:
non desunt tamen qui Meccanam esse malint. Qui legerit
hanc Suram اعطى من الاجر عشر حسنات بعدد من اتى الجمعة وبعدد من
لم ياتها فى امصار المسلمين: Donabitur decem bonis iuxta nume=
rum eorum, qui uenerint, et eorum etiam, qui non uenerint
ad preces feriæ sextæ in regionibus Mortuorum.

5. Similitudo eorum, quibus ꝛ]. Quia nimirum sicut
asinus portat libros ad utilitatem aliorum, absque eo,
quod ipse eos intelligat, uel ijs utatur: ita Iudæi habent
libros sacros, non ad suam, sed aliorum utilitatem: nam
uaticinia, quæ sunt in illis de Mahumeto, uel ipsi non
intelligunt, uel nolunt intelligere, quamuis à Mahometa=
nis optimè intelligantur; ut ipsi sibi ~~persuadent~~

6. Qui ~~sunt~~ ~~estis~~ Iudæi] Refugiebant scilicet Iudæi pugnare
cum Mahumeto pro tuenda (ut ipse mentiebatur) Religio=
ne Dei, cuius tamen se amicos iactabant, ne in bello
occiderentur, et mortem subirent, quam tamen si erant
uere amici Dei, appetere debebant, præsertim cum illam
alioqui non essent effugituri.

11. Sed cum uiderint mercaturam]. Hæc dicuntur, quia,
ut ait Celal كان ص يخطب يوم جمعة فقدمت عير وضربت لقدومها
الطبل على العادة فخرج لها الناس من المسجد غير اثنا عشر رجلا.
concionabatur Mahumetus quadam die Veneris, uenerunt q.
eo tempore mercatores, et pulsabum fuit de more ~~ipsa=~~
rum ad aduentum eorum. Exierunt autem ad eos uidendos
omnes, qui erant in Meschita, præter duodecim.

Refutationes

1. Prosilit Mahumetus à laudibus Dei ad laudes suas. Jactat mipsum se Legatum ad Diotas, Arabes scilicet consi= tales, et cognatos suos, ut eos per Alcoranum eruditos, ac sapientes efficeret. Verum eum ipse quoque esset idiota (nam inter eius nomina precipuum est النبى الامى, Prophera Diota) quomodo poterat alios Diotas eruditos, ac sapientes efficere? hoc nimirum nihil aliud erat, quam asinum asinos docere. At enim Alcorani libro ad inscitiæ suæ subsidium utebatur. Signum certe' parcilla operculum, talis quippe est liber Alcorani, ut eius lectione potius multos potius, quam doctos, aut sapientes Diotas efficere.

2. Iniusta prorsus est contumelia, qua Mahumetus afficit Judæos. Eto enim alio ex capite conueniat illis + Similitudo asinorum libros portantium, nulla tamen ratione illis conuenit, quod in sacris libris, quos habent, notitiam de Mahumeto non agnoscant, imo prorsus negent, et mendacissimum illum proclament. Quamobrem ab hac Mahumeti calumnia sunt omnino Judæi absoluendi.

+ qua ratio? S. Augustinus, ni fallor, usus est:

3. Iterum in miseros Judæos inuehitur, eo quod nollent secum contra ipsius hostes pugnare. (Nihil peccabant illi in hoc: imo iuste, prudenterque se gerebant, cum hominem praedonem in Latrocinijs, ac rapinis adiuuare re= cusarent. Neque eos, uel tantillum mouebant friuole hominis Mahumeti rationes. Nam etiam si amici Dei non

essent

essent, quales se faciebant; agnoscebant tamen, ne ami=
cos quidem Dei debere se temere, et pro iniusta causa
tuenda, morti exponere, quamuis aliquando tandem
ex necessitate naturæ moriendum sit

سورة المنافقون مدنية
احدى عشرة اية

SVRA LXIII
IMPII.

Medinensis: commatum XI.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1 Cum veniunt ad te Impij, dicent: Testificamur
te certè esse Legatum Dei. Et Deus scit te certè esse Lega=
tum suum: sed Deus testificatur Impios sanè esse men=
daces.

2. Acceperunt iuramenta sua ad tegumentum [i. ad tu=
endos se, et facultates suas], et auerterunt alios à uia
Dei. Certè ipsi malum est quod fecerunt.

3. Hoc, quia ipsi credidêrunt, deinde infideles facti sunt:
et sigillum impressum est super corda eorum: ideo ipsi
non sapiunt.

4. Cum autem uideris eos, placebunt tibi corpora eorum

143

Si locuti fuerint, audies libenter dictum eorum. Apparent extrinsecus quasi ipsi essent trabes innixæ parietibus. Existimans omnem clamorem, qui excitatur in castris esse
a. contra. super vel in malum sumi, ob timorem, qui est in cordibus eorum. Isti sunt hostes: cave igitur illos. Pugnet contra eos Deus [i. perdat eos]. Quomodo averteris à fide.

5. Cum autem dictum fuerit illis: Venite, ut audiam preces vestras pro vobis Legatus Dei: inflectent capita sua: et videbis eos procul recedentes, et ipsos se superbe efferentes.

6. Æquale est apud eos, sive deprecatus fueris pro eis, sive non fueris deprecatus pro eis: nunquam parcet Deus illis: nam Deus non dirigit homines prævaricantes.

7. Ipsi sunt, qui dicunt commilitonibus suis: Ne expendatis pro eis, qui sunt apud Legatum Dei, ut recedant
b. unde abeo. At Dei sunt promptuaria Cælorum, et Terræ. Sed Impii non sapiunt.

8. Dicunt: Profectò si regrederemur in Medinam, certè potentiores ejicerent illi, qui sunt potentiores ex ea eos, qui sunt abjectiores. Sed Dei est potentia, et Legati ejus, et Fidelium. Verùm Impii nesciunt hoc.

9. O qui credidistis, ne distineant vos facultates vestræ, neque filij vestri à memoria Dei: et qui fecerit hoc, profectò hi sunt perditi.

10. Et erogate in eleemosinam ex eo quod præbuimus vobis antequam veniat ad aliquem vestrum mors: ne dicat:

dicat: Domine mi, non ne a proferes mihi tempus usque ad verminum uicinum [i. spatium exiguum], ut faciam eleemosinam, es sim ex veste agentibus? sed nullo modo b prorogabit tempus Deus alicui postquam uenerit terminus eius. Et Deus plene instructus est de eo, quod operamini.

a. lisfdvd ne
* 11
b. lisfdvd Ndy anima

Nota.

Epigraphe المنافقون, Impij, desumitur ex primo uersu. Horum autem nomine intelliguntur in Alcorano mali, perfidique Mahumetani, qui cum Judeis, et alijs Mahumetis hostibus clandestinas amicitias, et consilia pernitiosa fouebant: et uel bella detrectabant, uel in illij seditiones excitabant, et cæterij Mahumetanij erant in scandalis. Contra hos præcipue agitur in hac Sura, quæ communiter esse Medinensis, et undecim uersibus constare censetur. Nihil aliud peculiari nota dignum in ea occurrit, nisi præmium Lectori promissum: nimirum: من قراء سورة المنافقين برئ من النفاق: Qui legerit Suram Impiorum: immunis erit ab impietate

Refutationes

1. Inuehitur sæpe in Alcorano, et præsertim in hac Sura Mahumetus contra Impios, nimirum Mahometanos illos, qui sectam suam ad fœmentum, defensionem subiectæ, et conseruationem sui, rerumque suarum, et propriæ tantum utilitatis, et commodi gratia, susceperant. Huiusmodi homines ipso Mahumeto uiuente, ac uidente, plures fuisse

certum est, et nunc etiam innumeri reperiuntur: qui ex-
terius Mosleni, interius Athei, nullique vere sunt Religionis.
Quamuis enim Mahumetica Secta magnam orbis terrarum
partem occupauerit, non tamen ideo nova Religio censenda
est: nam omnes fere, qui ex Christianis, aut Iudeis, vel
etiam Ethnicis ad eam transeunt, ex libertine, tantumodo
uitæ cupiditate, et ad maiori licentia fruendum id fa-
ciunt: vel saltem ut incommoda, et vexationes, quibus
sub Mahumetanorum captiuitate premuntur, effugiant.
Hoc idem Meccanos, Iudeos, et alios ex Arabia sub Maku-
meto fecisse non dubito +. At vero non ita facile
quis, qui ad Christianam Religionem ex alio, quam
pietatis, et sanctioris uitæ sequendæ motiuo se transfe-
rat. Quia vero hoc naturæ humanæ ad licentiam
proclivi non parum aduersatur: ideo pluves ad sa-
raceniam superstitionem, quam ad Christianam Religio-
nem transire uidemus: quod ueritatis, et sanctitatis
illius manifestissimum est argumentum.

+ Nam illo mortuo, omnes fere Arabes ab eius vita dissidentes: ut in illius vita diximus.

2. Quod asseratur huiusmodi Impiorum desperatam
prorsus esse salutem: ita ut siue Mahumetus pro
illis deprecaretur, siue non deprecaretur; unum idemq;
foret: nunquam enim Deus illis ignotuum, neque
illos capaces esse Diuinæ gratiæ, vel misericordiæ,
ac quod Deus sigillum impressionis, vel obtusionis cordis
eorum: et prefixum quod Deus non dirigat (id est
non illuminet), neque adiuuet suis affectibus homines
peruicaces: lex omnis Diuinæ bonitati manifestæ
repugnans

repugnant, et sacrarum scripturarum testimonijs aduersantur: apertissimèque ostendunt, Mahumetum in ea sententia fuisse, ut homines ex necessitate peccarent, et Deus cogeret illos ad peccatum. Vide, quæ alibi diximus de his modis loquendi in Alcorano

3. Quamuis Mahumetus in huiusmodi perfidos Mahumetanos mucki se ostendat ob deserta ab ipsis Religionis sacra: ve tamen ista non Religionis zelus, sed pecuniarum cupiditas illum adhoc ineitabat. Huiusmodi enim homines, + ex eo quod aduertebant, ne Mahumeti militibus nummos ad prælium dilargirentur, ut hac arte ijdem milites prælium detrectarent, atque à castris aufugerent. Quamobrem hortatur omnes, ut in facultatibus suis ad bellum sustentandum erogandis profusi sint, promittens illis copiosissimam à Deo mercedem: et pœnam intentans æternæ perditionis. + Ita homo naturaliter simpliciores ad proprium commodum etiam

+ ut hic legimus

+ nisi hoc faciant

سورة التغابن مكيّة
ثماني عشرة اية

SVRA LXIIII
MVTVA FRAVDATIO
Meccana: commatum XVIII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Laudat Deum id, quod est in cœlis, et id, quod est in

terra: ipsi Regnum, et ipsi laus: et ipse est super omnem rem potens.

2. Ipse est, qui creauit nos: et ex nobis quisquam est infidelis, et ex nobis quisquam est fidelis: et Deus in id, quod facitis est inspiciens.

3. Creauit Celos, et terram cum omnitate: et formauit nos, et bonas fecit formas uestras: et ad eum erit omnium reditus.

4. Scit id, quod est in Celis, et terra: et scit id, quod occultatis, et id quod propalatis.

5. Et Deus est cognitor essentiæ cordium.

6. An non uenit ad uos narratio de his, qui infideles fuerunt antea, atque adeo gustauerunt poenam facti sui: et ipsis erit in futuro seculo supplicium doloriferum.

7. Hoc, eo quod uenerunt ad eos Legati eorum cum euidentibus argumentis; et ipsi dixerunt: An homines dirigent nos: atque ideo incredibili fuerunt, et recalcitrauerunt. Sed de his nullius indiget Deus: nam Deus est Diues, laudatus.

8. Existimauerunt qui sunt infideles, quod non sint suscitandi. Die: Utique per Dominum meum certe suscitabimini: deinde tunc narratibus uobis id, quod fecistis operati: hoc autem apud Deum est facile.

9. Credite ergo in Deum, et Legatum eius, et Lumen, quod demisimus [i. Alcoranum]: et Deus de eo, quod facitis est plene instructus.

10. Die quadam congregabit uos ad diem congregationis

[i. supremi Judicij]

i. Sysveni Judeij J. Me ent dies mutuę fraudationis:
et qui credidenis in Deum, et operatus fuenis rectum, expia-
bit abes mala eius, et introducet eum in hortos: cuvens
de subęssij flumina, pevennatuvos in eij semper. Hęc
enis felicitas magna.

11. Qui uevo infideles fuerint, et mendacij insimulaue-
rint signa nostra J. Heovanum J, illi evunt habitatores
Ignis, pevpetuo movatuvi in eo; et a miseram profectionem ad illum.

a. misera erit profectio

12. Non accidit b de accidente, nisi per uoluntatem Dei.
Et qui credidenis in Deum, diriget cor eius. Et Deus in
omni re, est Cognitor.

b. ullum accidens.

13. Et obedite Deo, et obedite Legato. Quod si reui-
uevsi fuenitis, profecto ad Legatum nostrum ipsevas
tantumodo predicatis manifesta.

14. Deus: non est deus, nisi ipse: itaque super Deo
innitantur Fideles.

15. Qui credidistij evunt: certe ex uxoribus uestris, et
filijs uestris est hostis uobij: itaque cauete eos. Quod
si indulgeatij, et obsequamini, et parcatij illij, profecto
Deus est Indulgens, Misericors [et ignoscet uobis hoc]

c. erit.

16. Certe facultates uestre, et filij uestri sunt tentatio;
quia retinent uos a fleebus uus, ne proficiscamini ad bellum.
Et Deus; apud eum est merces magna.

17. Timete ergo Deum quantum potestis, et audite,
et obedite, et erogate facultates uestras in bonum anima-
rum uestrarum. Et qui liberatus fuerit ab auaritia

animę suę, hi evant felices.
18. Si fenevemini Deo fanuy pulchrum, duplicabit illud
vobis, et parcet vobis: et Deus est Gratus, Benignus:
Cognitor arcani, et manifesti: Ercpotens, Sapiens.

Kote

Vox Arabica التغابن, desumpta ex uersu decimo, à qua
inscribitur Sura, significat fraudationem mutuam. Eandem
Suram quidam Meccanam, quidam uero Medinensem esse
contendunt: deque hac in antiquo quodam Codice scripta
reperio سورة التغابن مكية وقال قتادة كلها مدنية وقيل خمس ايات من
اخرها مدنية: Sura mutuę fraudationis est Meccana.
Sed Cottada totam asserit esse Medinensem. Aliqui di-
cunt, quinque postremos uersus illius esse Medinenses.
Numerantur communiter uersus decem, et octo. Sed uiden-
dum esse decem, ac nouem: et eodem modo Codex enume-
rat auctorum punctorum distinctione, dispartiendo illi-
mum uersum in duos: ita ut primus desinat in, Beni-
gnus: secundus uero incipiat in, Cognitor. De Lectoris
premio hęc reperio: من قراء سورة التغابن دفع عنه موت الفجاء
Qui legens Suram Mutuę fraudationis, liberabitur
à subitanea, et improuisa morte.

10. Ille erit dies fraudationis mutuę | Quo decipiet,
ut aiunt Latini, يغبن المومنون الكافرين باخذ منازلهم من الجنة لو امنوا واهلهم في
fraudabunt Fideles Infideles, accipiendo
sedes eorum, et familiam eorum, in Cœlis, quas
ipsi habuissent, si credidissent. Verum hęc fraudatio

non est

non est mutua. Exponit Zahias: ذلك يوم التغابن في المنازل عند الله فريق في الجنة وفريق في السعير:
Ille est Dies mutue fraudationis apud Deum: dum pars in Paradiso ^in habitaculis collocabitur, pars in Tartarum detrudetur. In hoc porro videtur ita esse hęc fraudatio mutua: quod boni fraudabunt malos, quia mali sperabant, se habituros bonos, presertim cognatos et amicos, socios, vel adiutores in futuro seculo: mali vero fraudabunt bonos, quia boni sperabant idem de malis: atque ita mutue spei erit mutua fraudatio.

15. Qui exediderit, exte exuxoribus uestris &c. Quia scilicet uxores, et filij retinebant eos, ne proficiscerentur ad bellum. Iubet ergo a his cauere: ita tamen, ut indulgeatur, et ignoscatur illis in hoc, ut ad Gelal, eo quod sint: معتلين بمشقة فراقهم عليهم
egri, malęque affecti ob afflictionem, et dolorem separationis eorum ab ipsis

Refutationes

Perperam canat Mahumetus eandem fabulam, ut pecunias in bellum ab Arabibus sui emungat. Vt vero eosdem facilius decipias, et omnia alia agere videatur, semper a principio certaminis, sanam predicabit, et Religionis preceps. Quia vero Arabes fautorum, et eorum et filiorum amore detinebantur, ne vitam hominis expeditissimis obsequentem, neque cum ista, et pecunijs in bello adiuuarent; pretenitorum infidelium

Legatis vnij contumaciam genis; dein Iudicij formidine:
Tehennę metu, deterret: Paradisi ipse allicit: nihilq;
intentatum relinquit, ut eos ad intentum suum per=
trahat. Euangelicam denique perfectionem simulat:
in uxorum, filiorum, et diuitiarum possessione, et amore
tentationem, ac periculum esse pronunciat: quamobrem
hęc omnia parui facienda, ac spernenda suadet. Dem
docuit Christus, sed ob finem prorsus diuersum. Christus
hęc contemnenda, et relinquenda non sibi, neque suis,
sed pauperibus: non ad exercitus sustentandos, neque
ad aliena Regna inuadenda: sed ad Regnum Dei
comparandum docuit. Ex opposito Mahumetes; quas
hic alios diuitias, et uxores contemnere uolebat, ut ea
sibi amperet, et libidini sue, regnandique cupidini satis-
faceret

سورة الطلاق مدنية
ثلث عشرة اية

SVRA LXV.

REPVDIVM

Medinensis: commatum XIII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1 O Prophera: cum repudiabitis uxores, repudiate
eas

eas in terminis earum [i. post numerum dierum illarum dimissionis presentium] : et computate terminum : et timete Deum Dominum uestrum . Ne egredi faciatis eas è domibus suis, neque egrediantur ex illis ante pre= dictum terminum, nisi perpetrauerint flagitium [i. adul= terium] clarè probatum : et lege iuxta statuta Dei. Qui autem transgressus fuerit statuta Dei, iam iniquus erit contra animam suam . Non nosti utrum Deus omni faciturus sit post hoc aliquid nouum

2. Cum autem peruenerint ad terminum suum, aut retinete eas conuenienter [i. sine ui, uel coactione] : aut separamini ab eis conuenienter [i. iuxta legum pre= scriptum] : et adhibete testes priedios equitate ex uobis : et state facite testimonium Deo [i. aduocate etiam Deum in testem] . Haec commonetur is, qui credit in Deum, et diem nouissimum . Et qui time= rit Deum, concedet illi Deus exitum ab angustijs huius mundi, et seculi futuri .

3. Et prestituet ei deunde non reputat [i. unde non sperat] : et qui innixus fuerit super Deum, ipse erit sufficientia eius : quippe Deus peruenturus est ad impenium suum [i. faciet id quod uoluerit] . Iam constituit Deus unicuique rei fatum [i. determina= tum effectum] .

4. Qui autem desperauerint mensuram ex uxoribus uestris : si dubitauerit de hoc, quae [illegible] termi= nus earum erunt tres menses [i. expec= tentur

per tres menses antequam dimittantur]. Et eodem modo agatur cum illis, que nondum menstrua passe sunt ob defectum etatis. Que uero sunt pregnantes; terminus earum sit, donec deponant fetum suum [i. usque ad partum]. Et qui timuerit Deum, concedet illi in negotio ipsius facilitatem [i. expediet illum a difficultatibus huius uite presentis, et future]

a quod

5. Hoc est preceptum Dei: demisit illud ad nos. Et qui timuit Deum, expiabit ab eo mala ipsius, et magnificabit ei mercedem.

a.

6. Habitare facite eas [i. repudiandas] in aliqua parte xxxxxx, ubi habitatis ex possessione vestra [i. quantum fert capacitas domorum, quas possidetis]: neque eis inferatis illis, ut in angustias redigatis eas quoad habitationem. Quod si fuerint pregnantes: expendite in eas quod opus est, donec deponant fetum suum. Si autem lactauerint uobis [i. filios ex uobis susceptos] prebete illis mercedes earum pro lactatione: et conuenite inter uos circa hoc cum equitate. Quod si difficultatem experiamini in hoc, ita ut lactet illi alia [i. ita ut pater cogatur adhibere filio aliam nutricem]: expendat habens capacitatem ex capacitate sua [i. quantum fert facultas eius, in uxores repudiandas, et nutrices]. Ei uero, cuius angustus fuerit census: expendat de eo, quod dedit Illi Deus [i. illud, quod potuerit]. Non coget prestare Deus animam, nisi quantum dederit ei. Faciet Deus post difficultatem, facilitatem [i.

vacat.

[1. post pauperatem dabit divitias]

7. Quot nero ex urbibus desciuerunt à præcepto Domini sui, et Legatorum eius: ideoque proximos indicauimus eas iudicio vehementi!

*g. o.

8. Et puniuimus eas pœna grauissima? et gustauerunt pœnam negotij sui [1. infidelitatis suæ]: et fuit finis negotij earum perditio.

10. Præparauit Deus illis supplicium vehemens: itaque

11. Itaque timete Deum o prediti cordibus.

12. Qui crediderunt, iam demisit Deus ad eos commonitionem; nempe Legatum, qui vectat vobis signa Dei clarè exposita; ut educat eos, qui credideint, et fecerint recta, ex tenebris in lucem. Et qui credident in Deum, et operatus fuerit rectum, introducet eum in hortos, currunt desub ipsis flumina; perpetuò mansuros in eis semper. Jam donam fecit ei Deus illi prouisionem.

13. Deus est, qui creauit septem Cælos, et ex terra similes illos [1. et totidem terras]. Demittitur imperium inter eos [1. mandatio Dei inter septem Cælos, et septem terras]: ut sciatis, quòd Deus est adomnem rem potens: et quod Deus iam complexus est omnem rem scientia sua

Kora

Inscribitur Sura الطلاق, idest Repudium: quia leges quædam circa repudiandas uxores in ea præscribuntur, de quibus etiam alibi, et præsertim Suræ secundæ plura pertractantur. Medinensis communiter censetur, etsi re-

Decim

tredecim uersus illi tribuuntur. Alij tamen pauciores enumerant: alij uero plures. Sed nihil hoc ad rem. Quicunque cum Legent, مات على سنة رسول الله, moietur in lege Legati Dei. Vel, ut alij uertunt, moietur more Legati Dei.

1. Nescis utrum Deus omni faeturus sit post hoc aliquid noui] Sensus est: Elapso termino, dimittere repudiatas: nescitis enim utrum Deus postquam dimisse sunt, facturus sit, ut aliquid noui succedat, ob quod iterum redeatis in gratiam, iterumque eas ad coniugium recipiatis. Ita Celal.

2. Conuenienter] Arabice بمعروف, cum cognito, uel cum noto: idest ea ratione, quam exigit iustitia, conuenientia, et Legum præscriptum

12. Iam bonam fecit Deus illi prouisionem] Nomen Arabicum رزق, significat quicquid ad uitæ sustentationem requiritur, et præcipuè ad alimentum. Ego prouisionis nomine, potius iuxta uulgarem acceptionem, quam Latinæ uocis proprietatem interpretatus sum.

13. Septem Cælos, et ex terra sicut illos] De his septem Cælis, et septem terris, itemque septem maribus, mira sunt quæ Mahumetani Scriptores fabulantur. Satis sint nunc hæc pauca ex Zamechasceno. وقيل بين كل سما مسيرة خمسمائة عام وغلظ كل سما كذلك والارضون مثل السموات يتنزل الامر بينهن اى يجرى امر الله وحكمه بينهن وملكه ينفذ فيهن وعن قتادة فى كل سما وفى كل ارض خلق من خلقه وامر من امره وقضا من قضايه وقيل هو ما يدبر فيهن من عجايب تدبيره. Dicitur inter singulos Cælos esse spatium itineris quingentorum annorum: et crassitiem eiusdem Cæli

Cæli

Cœli esse eiusdem spatij: et terras esse sicut Cælos. Remittitur imperium inter eos: idest cuvris imperium Dei, et iudicium eius inter eos, et Regnum eius penetrat in illis. Cõ Authore Cottâda, in omni Cælo, et in omni terra creauit de creaturis suij, et imperauit de imperio suo, et iudicauit de iudicio suo. Alij dicunt, hoc esse quod disponit in illis de mirabilibus gubernationis suæ &

Refutationes

1. Cum Mahumetus sæpius in Alcorano protestetur, se missum fuisse ad confirmandum Euangelium, ejusque ueritates asseuerandas: nescio qua fronte præcipiat hic leges Repudij, quod Christus in Euangelio apertissimis uerbis improbauit, atque, ut illicitum reiecit: neque in Centateuche præcipiebatur, aut probabatur, sed pro duritie cordis Hebræorum à Deo permittebatur (uel potius dissimulabatur) quemadmodum Christus idem affirmauit. Quamobrem non est quod Mahumetus sese Centateuchi clypeo tueatur, contra apertissimam Euangelij ueritatem.

2. Non est hic prætereundum, totum fere Alcoranum eiusmodi mulieres, et arma uersari. Nimirum hæc duo Mahumeto maximè cordi erant, qui nulla alia in re studebat, nisi in libidine, ac lasciuia explenda, et in Imperio, ueteris tyrannide dilabanda.

3. Tam innumero Cælorum, quam terrarum, errat toto Cælo, totaque terra Mahumetus. Cælos plusquam septem esse peritissimi Astrologi manifestè demonstrant. Terram uero unicam tantum esse ex sacrarum scripturarum auctoritate,

et communi omnium fere morbarum sensu, et consensu cognouimus. Iam innui, innumera fere monstra de his Coeli, et terrij, adiunctisque illis Maribus, et ambienti aëris intercapedine Mahumetanos confingere. Quę si reserre uellem, uolumen integrum exigerent; Pauca tantumodò attingam desumpta ex Libro M.S. peruetusto, Arabico, cui titulus كتاب السبعيات للشيخ عبدالرحمان الهمداني : Liber Hebdomadum (seu Septenariorum) Doctoris Abdalrahman Hamadanensis. Videntur tamen hęc esse diuersi Authoris, cum scripta sint diuerso charactere, nec ullam habeant connexionem cum libris prędictis. Introducitur iraq; ibi quidam Abdallah ita loqui cum امير المومنين Emir Almumenina, idest Imperatore Fidelium, seu Principe Mahumetanorũ: Peruenit ad manus meas liber quidam Sanctus, cui sit pax, in quo reperi scriptum quid creaturis Deus, et quid disposuerit circa omnes creaturas. Porrò hic Mun-
a. y Erat hic عثمان بن عفان Othman filius Affan. regnauit Anno Christi 644
dus, et amplitudo in Regno Dei, et respectu reliquarum creaturarum eius, est uelut stella minima inter stellas Cęli. Inueni in hoc libro, Deum creasse + ęrem tam
+ aërem
spatiosum, ut in longitudine, et latitudine haberet iter millies millies mille annorum (idest decies centena millia millium, seu mille milliones annorum): et tantundem in latitudine. Deinde creauit supereum Mare, cuius longitudo habebat iter mille milliones annorum. Deinde creauit ad latus illius Maris dextrum mille milliones urbium, et totidem ad sinistram: et implenit eas creaturis suis, et constituit illis noctem, et diem, et solem, et Lunam: et misit inter eos Angelos suos, et descendere

et descendere feris super eos è Cælo Libros, et constituit
illis Saevorum ritus, quibus utentur: et inter eos alij
boni sunt, alij mali, et habent Paradisum, et gehennas
ad puniendos malos, et remunerandos bonos: Et hi
iudicabuntur iudicio diverso à nostro, neque in resur-
rectione congregabuntur nobiscum. Unaquæq; Urbs
habet viginti millia prata: et in singulis prasis sunt
viginti millia vindemiæ, In singulis vindemijs sunt
viginti millia Rorarum. In singulis horris sunt viginti
millia arborum. In singulis arboribus viginti millia
poma, quorum singula habent viginti millia folliorum
Duarumque specierum, sub quarum singulis sunt mille
bestiæ, quæ comedunt, et bibunt ex eo, quod cadit ex
foliis arborum: minima verò ex mensis harum bestiarum
est tantæ capacitatis, quanta est totius nostri mundi. Ipsæ
verò bestiæ, seu pecora sunt cibus illarum gentium, quas
commemorani tibi ô Imperator Fidelium. Deinde cooperuit
illud Mare per longitudinem, et latitudinem eius, et evasuit
super illud terram ex ferro: et posuit inter terram, et
Mare huiusmodi spatium itineris milliæ mille annorum.
Posuitque in eo Mari pisces grandes, quorum singuli erant
trecentorum . . . . . et discurrebant per omnem partem
ab Oriente ad Occidentem. Deinde evasuit in hac terra
animalia bruta, et posuit in ea, Civitates, et prata,
et iumenta ad equitandum: implevitque eam creaturis,
et divisit in varias partes, quarum singulæ æquabant
totum hunc Mundum nostrum: fecitque in ea Mare,

159

" et aridam, et planities, et montes. Et emollivit Deus
" illis ferrum, ut posent in eis arare, et serere arbores,
" super quas sunt aues grandes sicut Cameli. Porrò
" ex habitatoribus eius sunt boni, et mali, et Prophetæ,
" et Sapientes, et Doctores. Qui autem inter eos sunt
" meliores, dividunt dies in quatuor partes. In una fa-
" ciunt opera vecta: in altera flens ob id, quod illis pro-
" missum est: in tertia rationem ineunt Deum ipsis, et
" in quarta vacantes, quæ ad victum pertinent. Non
" indicabuntur à Deo nobiscum: neque scient aliquid de
" nobis. Deinde creauit Deus super hanc terram
" aërem longitudinis itineris millies, millies, mille an-
" norum (id est mille millionum), eiusdemque latitudi-
" nis. Super hunc verò aërem creauit quater millies
" millies, millies mille Ciuitates ex auro flauo (numera
" tu Lector, si potes). Vnaquæque Ciuitas habet portas decem
" mille: Et inter habitatores earum sunt inimicitiæ, et
" prœlia: Et exeubant in singulis portis tria millia ho-
" minum per vices. Et ipsi ita perseuerabunt usque ad
" diem resurrectionis. Sedet diuitus in his portentis nega-
x rum immorari, quas tamen miseri illi Pseudocatholici non
x negant, sed Diuinas reuelationes primum Adamo factas
x à Deo, deinde à Daniele Prophetâ ex monumentis ab
x Adamo in tabulis ex creta, seu argilla confectis, et in
x spelunca, quæ erat in India reconditis, exceptas in
x tabulis æneis, constantissimè credunt. Vide Prodromi
p. 4. cap. 27. pag. 502. ubi Rex Arabiæ etiam legi = de
ea quæ diximus in sura prima.

سورة

سورة التحريم مدنيّة
اثنتان وعشرايّة

SVRA LXVI

PROHIBITIO.

Medinensis: commatum XII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. O Prophera: *quare prohibes id, quod concessit Deus tibi, dum desideras placere uxoribus tuis? et Deus est indul-*
gens, misericors.

2. *Jám sanxit Deus nobis dissolutionem iuramentorum*
uestrorum: et Deus est patronus uester: et ipse est Sciens,
Sapiens.

3. *Et memento cum occultè manifestauit Prophera* [i. *Mahómetus*] *cuidam uxorum suarum* xxxxxxx *et* [i. *Hapshæ*] *nouum accidens* [i. *iuramentum suum de non coeundo*
cum Maria]. *Cumque illa narrasset hoc Aiśæ; et*
manifestasset hoc Deus illi [i. *Mahumeto*]: *notifica-*
uit ille Hapshæ partem illius, quod locuta fuerat cum
Aisa,: *et reticuit partem eius, ne eam offenderet. Cum*
autem Mahumetus xx *retulisset eidem Hapshæ hoc, dixit*
illa: *Quis nauauit tibi hoc? respondit Mahumetus:*
Nauauit mihi Sciens, Peritus.

4. Si conuersę fuerit ad Deum, ò Haphsa, et ò Aisa, peni-
tentiam agentes pro peccatis uestro : iam enim declinauerunt
corda uestra : pareet uobis Deus. Si autem aduersatę fu-
erit ei [i. Mahumeto] ; profectò Deus erit patronus eius :
et Gabriel, et omnis quisque Fidelium, et Angeli post
hoc erunt fautores illius.

5. Fortasse eueniet, ut Dominus eius, si dimiserit uos
commutet illi uxores meliores uobis, Mosleman, Fideles,
obedientes, deuotas, pias, ieiunis, et peregrinationi addictas,
a.co cognitas alijs uiris, et uirgines.

6. O qui credidistis, eripite animas uestras, et domesticos
a.derunt uestros ab igne, cuius fomes sunt homines, et lapides.
Super eum constituti sunt Angeli feroces, terribiles. Non
sunt inobedientes Deo in eo, quod praeceperit eis, et faciunt
id, quod iubentur.

fuerunt 7. O qui infideles fuistis, ne excusetis uos hodie : pro-
fectò retribuetur uobis id, quod fuistis operati.

derunt 8. O qui credidistis, conuertimini ad Deum conuersio-
ne uera. Fortasse eueniet, ut Dominus uester ex-
piet à uobis mala uestra, et introducat uos in hortos,
de sub quibus euoluunt flumina, die, qua non confundet
Deus Prophetam, et eos, qui crediderunt cum eo. Lux
eorum diseurret ante eos, et in dextris eorum. Dicent :
Domine noster : perfice nobis lucem nostram, et parce
nobis : quippe tu es ad omnem rem potens.

9. O Propheta, decerta contra infideles, et impios :
et ferox esto contra eos : et receptaculum eorum eris
Gehenna

Gehenna: et infelix exit profectio ad illam.

10. Proposuit Deus in exemplar ijs, qui sunt infideles, uxorem Noë, et uxorem Lot. Fuerunt ambæ sub duobus seruis ex seruis nostris probis.

11. Et deceperunt eos: neque illi profuerunt eis apud Deum quidquam. Et dictum fuit utrique cauum: Ingredimini in ignem cum cæteris ingredientibus.

12. Et proposuit Deus in exemplar ijs, qui euediderunt, uxorem Pharaonij, cum dixit: Domine mi, ædifica mihi apud te domum in Paradiso, et libera me à Pharaone, et opere eius: et libera me ab hominibus iniquis.

13. Et Mariam filiam Amran, quæ custodiuit a uirginitatem suam: et insufflauimus in eam de spiritu nostro, et euedidit in uerba Domini sui, et libros, et fuit ex obedientibus illi

a uerenda sua

Nota.

Habet Sura hæc Epigraphen التحريم Prohibitio: non quia in ea prohibeat Mahumetus usum mellis, ut insulsè mouet Scribit Hoetingerus ex Zamchascerio, cum hic de melle mentio nulla fiat: sed quia reuocatur in hoc prohibitio facta sibi ipsi à Mahumeto cum iuramento eiuea usum coniugij cum quadam ancilla sua, ut mox ostendemus. Est autem Sura Medinensis, uersuum duodecim, quamuis ego octodecim reperiam. De præmio eam legentis hæc habe. من قرأ سورة التحريم اتاه الله توبة نصوحة: Qui legerit Suram Prohibitionis, concedet ei Deus pœnitentiam ueram.

1. O Prophera quare prohibes] Explicat clarius Celab.
لما حرّم ما احلّ لك الله من امتك مارية القبطية لما واقعها فى بيت حفصة وكانت
غايبة وشقّ عليها ذلك فى بيتها وعلى فراشها حيث قلتَ هي عليّ حرام
Quare prohibes tamquam illicitum id, quod concessit tibi
Deus circa Ancillam tuam Mariam Egyptiam? Quia
scilicet Mahumetus concubuerat cum ea in domo Haphsæ
uxoris sue ingenue, dum illa abesset. Cumque regressa
esset molestissimè tulit hoc factum in domo sua, et in
lecto suo): dum dicit: Hoc mihi illicitum est. Celab.
ذلك ان حفصة زارت اباها فرجعت فوجدت رسول الله
consentit Fabias. مع مارية امّ ابراهيم فى البيت فلما خرجت مارية دخلت حفصة على رسول الله فقالت
امّا انّى قد رايتُ من كان معك فى البيت فقال والله لارضينّك والله لا اطيها ابدًا فلا
تخبرى بهذا احدًا فانطلقت حفصة الى عايشة فاخبرتها فانزل الله يا ايها
النبى الى قوله قد فرض الله لكم تحلّة ايمانهم بقوله فى سورة المايدة.
Hoc dicitur, quia Haphsa profecta fuerat ad visitandum
patrem suum: et veniens invenit Legatum Dei cum
Maria Matre Ebrahimi in domo sua. Ingressa autem
Maria, invasit Haphsa ad Legatum Dei, et dixit: Non-
ne ego vidi quenam esset secum in domo mea? cui
Legatus Dei: Per Deum juro, me complacituru-
tibi: per Deum ivro, me nunquam imposterum con-
cubituru cum ea. Queso te ne hoc dicas ulli. Sed
Haphsa pergens ad Aisam, retulit ei hoc totum. Quam-
obrem revelavit Deus hec verba: O Prophera quare
ad ea: Jam sanxit Deus vobis dispensationem jura-
mentorum vestrorum. Hoc autem sanxit in Sura
Mense. Paulo aliter Zamchascrius: روى ان رسول الله ﷺ
خلا

خلا بمارية في يوم عايشة وعلمت بذلك حفصة فقال لها اكتمي علي وقد حرمت مارية
على نفسي فابشري ان ابابكر وعمر يملكان بعدي امرامتي واخبرت به عايشة وكانتا
متصادقتين وقيل خلا بها في يوم حفصة فارضاها بذلك واستكتمها فلم تكتم
فطلقها واعتزل نساءه ومكث تسعا وعشرين ليلة في بيت مارية وروى ان
عمر قال لها لو كان في آل الخطاب خير لما طلقك: فنزل جبرايل وقال راجعها
فانها صوامة قوامة وانها لمن نسائك في الجنة: وروي انه شرب عسلا في بيت
زينب بنت جحش فتواطت عايشة وحفصة فقالتا له انا نشم منك ريح المغافير وكان
يكره رسول الله الثفل فحرم العسل ومعناه لما تحرم ما احل الله لك ملك اليمين او من العسل.

Fertur, Legatum Dei commercium habuisse cum Maria
in die Hise destinato. Cumque hoc Haphsa resciuisset, di=
xit ei Mahumetus: Ne cui hoc dixeris: iam enim inter=
dixi mihi commercium cum Maria: et pręnuncio tibi,
Abubacrum, et Omarem imperaturos post me in gente
mea. Sed Haphsa retulit hoc Aise: erant autem
ambę amięę uxores inter se. Alij dicunt, Mahumetum
rem habuisse cum Maria in die Haphsę destinato: et
propterea in hoc ei complacuisse, eamque vogasse, ut
hoc reticeret. Sed illa non reticuit: propterea repudia=
uit eam, et separauit se ab uxoribus suis, et per men=
sem commoratus est in domo Marię. Fertur autem,
Omarem dixisse Haphsę+: Si fuisset in familia Chottabi
opulentia, certe non dimisisset te (nota scilicet eius cupidi=
tas, et auaritia Mahumeti apud suos). Sed descendit
Gabriel, et dixit Mahumeto: Redue Haphsam ad te:
est enim femina ieiunijs, et orationibus dedita: et
quidem ipsa erit ex uxoribus tuis in Paradiso. Alij
dicunt, Mahumetum comedisse mel in domo Zeinebę (seu Zenobię)

+ (Erat Omar filius Chottabi, pater Haphsę)

filiæ Diapsi: et cum conuenissent inter se Asia, et Saphira, dixerunt ei: Certè nos peregrimus ex re adorem gummi et mellis. Mahumetus autem abhorrebat à melle evasioni: propterea usum mellis interdixit. Sensus igitur verborum Alcorani est: Quare prohibes id, quod concessit tibi Deus circa adoptas Ancillas, vel circa mel. Hactenus Zamechsarius. Ex horum Authorum explicatione facilè intelligentur quædam in prima huius Surę parte obscuriora.

4. Iam enim declinauerunt corda vestra]. Explicat Zelal: مالت قلوبكما الى تحريم مارية او سرّكما ذلك مع كراهة النبي وذلك ذنب: Inclinauerunt corda vestra ad prohibitionem Marię: nimirum hoc vobis lętitiam attulerat, licet displicuerit Prophetę: et hoc fuit peccatum.

6. Angeli feroces]. Notabi de his Angelis præfectis Gehennę ad torquendos malos fit mentio in Alcorano: et dicuntur esse decem, ac nouem. Vides ibi dicta.

7. Ne excusetis vos hodie]. Fingentur hęc dicti infidelibus, cum ingressuri sunt Gehennam. Ita Zelal.

11. Et deceperunt eos]. Quomodo hę duę fęminę viros suos deceperint, et quenam hę fuerint, ita explicat Zelal: خانتا هما في الدين اذ كفرتا وكانت امراة نوح واسمها واعلة تقول لقومه انه مجنون وامراة لوط واسمها واعلة تدل قومه على اضيافه اذ نزلوا به ليلاً بايقاد النار ونهاراً بالتدخين: Deceperunt eos in Religione, sectantes infidelitatem. Erat autem nomen uxoris Noë Vahela: et dicebat populo eius, maniam suum esse maniacum. Vxor autem Lot, nomine Vaela, ostendebat genti eius (nempe Sodomitis) hospites, qui diuertebant ad eum: noctu signo ignis

ignis

ignis; die uero indicio fumi.

12. Vxorem Pharaonis] De hac multa fabulantur Expositores: sufficiat nunc audisse Selalem, cuius hæc sunt uerba:
آمنت بموسى واسمها آسية فعذبها فرعون بأوتد يديها ورجليها والقى على
صدرها رحًا عظيمةً واستقبل بها الشمس فكانت اذا تفرق عنها من وكل بها
ظللتها الملايكة واذ قالت ربّ ابن عندك لي بيتًا فى الجنة فكشف لها فراءته
فسهل عليها التعذيب فقبض الله روحها ويقال ابن كيسان رُفعت الى
الجنة حيّة فهى تاكل و تشرب: Credidit in Moysen: et nomen
eius erat Asia. Crucianitque eam Pharao, affigans manus
eius, et pedes eius adquatuor paxillos terræ infixos, et ponens
super pectus illius molam grandem, expositam multis solaribus
radijs relinquens. Sed ubi discedebat ab ea, is, qui illi custos
appositus erat, Angeli umbram faciebant ei. Cum autem
dixisset: Domine mi, edifica mihi apud te domum in
Paradiso: ostensa fuit illi eadem domus, quamobrem
leuius factum est illi tormentum. Mox Deus recepit
spiritum eius. Et iuxta Chrysostomum, elevata est in Para-
disum uiua, ubi comedit, et bibit. Eadem fere habet Tha-
chascenius.

13. Que custodiuit uirginitatem suam] Vox Arabica
التى, proprie significat eunuchum muliebrem; hoc tamen
loco honestius uirginitatem, seu uerenda uerbas. Qui-
dam tamen Expositores, ut notat Thamehascenius, accipiunt pro apertura indusij ad coitum, quam uirgo custodi-
uit, seu retinuit, et constrinxit, ne Gabriel insufflaret in
eam. Gabriel enim, ut ait Selal: نفخ فى جيب درعها بخلق الله
تعالى فعله الواصل الى فرجها فحملت بعيسى: insufflauit in apertu-ram

indusij eius ad ostium, creante interim Deo opus suum, quod pervenit ad matricem eius, ex quo concepit Jesum.

Refutationes

1. Magna, provtusque bellua Mahumeti hic apparet, Lascivia, dum in ea adeo impotens sui fuit, ut contra fas, et morem in aliena domo, ac lecto, cum insigni ingenuæ uxoris injuria, Areillam compulerit non erubuerit. Si hæc Mahumetus ipse non faceret, uix credi possent.

a. con:

2. Huic tam effrenatæ libidini non minor impietas, animique levitas adiungitur. Iurat Haphsæ (ut aliqua ex parte iniuriæ ipsi illatæ satisfaciat) se Areillam Ægyptum protinus reiecturum. Ipsam rogat, ne cui faciens hoc suum propalet: utque citius iras leniat, prænunciat Omarem ipsius patrem in summum imperium post se adspirarum. Quid porrò erat, cur Mahumetus hoc tam anxio studio celatum vellet, nisi quia se graviter peccasse cognoscebat? quia vero Haphsa id sive manifestavit, ea statim repudio facto à se reiecit. Adeone deliciosa Haphsa mulier ingenua, quamuis magis naturæ parum et linguæ, et seeveri tenax, ut quia cum amicissima sua, (cui etiam insignis iniuria à Mahumeto facta fuerat, dum nocte sibi destinatâ, Areille concessa fuerat) dolorem suum communicauerat, ut ab eo repudij libellum meretur? Memoratæ conquestus est Omar Haphsæ patri, simulque Mahumetum expiditatis, et auaritiæ insimulauit, asseuens, non dimissurum ipsum filiam suam,

ut

si è dome opulenta fuisset. Verum cum vesanus homo in Eneillam vadido libidinis impetu ferretur; ne, cum ipsa rursus congrediendo, perfidus, et perniciosus appareret: fingit Deum sibi subivratum, quod'vem illicitam cum iuramento Hagheæ promisisset: quamobrem non teneri ipsum ad servandam Hagheæ fidem: liberumq; esse à iureiurando. Itaque Eneillam rursus recipit, nihil Hagheæ iniuriam, nihil egregiarum uxorum querelas curans. Nec pudet sceleratissimum hominem facere Deum authorem, et patronum periuriorum, ac libidinum suarum. Sovvò in hoc malum se Erychetam ostendit, quia iureiurando promiseris id, quod Deus erat improbaturus, non aliam ob causam, quam' ut iratam sibi feminam deliniret. Quod' uero quidam uelint hic agi de prohibitione mellis facta à Mahumeto in gratiam uxorum suarum, licet ego non probem, si tamen uerum esset, summam in illo leuitatem arguerent.

3. Contra omnium Sacrarum Scripturarum auctoritatem est; torquendis peccatoribus in Gehenna Angelos bonos, Deoque obedientes, * fuisse præpositos +. Nullos enim Gehennam habitaturos esse præter malos Dæmones, et peccatores homines ex Sacris Literis cognouimus.

4. Ea, quæ hic habentur de uxoribus Noë, et, et Thavaonij, præsertim cum expositorum appendicibus, tam quam fabulosa, et ex Thalmudicis officinis accepta, nulla fidem meretur. Et profecto si ea, quæ de Asia Thavonij uxore referuntur uera essent: nunquam sacræ

* felicis, et ab omni pœna immunes.

+ ed' quod, ut Mahumetani aiunt; qui asinum torquebat non dabat ipse torqueri.

sitevę vetieuisent.

5. Rursus confundit Mariam Christi Matrem, eum Mariâ sorore Moysis, et Aaron, dum eam filiam Amran appellat. Sed de hoc erasissimo illius sorore iam supe= rius fusè disseruimus

سورة الملك مكية
ثلاثون اية

SVRA LXVII.

REGNVM.

Meccana: commatum XXX.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

الجزء التاسع العشرون
Pars vigesima nona.

1. Benedictus sit ille, cuius in manu est Regnum: et ipse est ad omnem rem potens.

2. Qui creauit mortem, et uitam, ut probaret uos quis= nam uestrum esset melior in opere: et ipse est Perpotens, Indulgens.

3. Qui creauit septem Cælos imoluerim [1. aliud supra aliud cum distantia inter se]. Non uidebis in creatura Miseratoris aliquid dissonantiæ. Porrò redi reuolue aspectum, an uideas ullam fissuram:

4. Deinde respice iterum duabus uicibus: reuertetur

ad te

ad se aspectus humilis [i. oculus hebetatus], et ipse eis defatigatus.

5. Et iam quidem ornauimus Celum propinquum serve eum y lampadibas, et posuimus eas ad lapidationem [i. expulsionem] Satanarum: et preparauimus ipsis supplicium Phlegetontis. b. hyacinthus

6. Illis, qui non evedierint in Dominum suum, erit tormentum Gehenne: et infelix erit profectis ad illam.

7. Cum proieci fuerint in eam, audiens ex ea uocem rudity asinini: et ipsa estuabit.

8. Earum abeat quin dixerit se ob fuverem contra infideles. Quotiescunque proijcietur in eam aliqua turba eorum, interrogabant eos custodes eius [i. Angeli preseei illius]: An non uenit ad uos commonitor?

9. Respondebant: Utique iam uenit ad nos commonitor: sed mendacij insimulauimus eum, et diximus ei: Non demisit Deus quidquam [i. nihil Deus reuelauit eorum, que predicas]. a "Vos non" essis, nisi in errore magno. a. si uos

10. Sicut autem infideles inter se: si audiuissemus, uel intellexissemus uerba commonientium, non essemus inter habitatores Saxari.

11. Et confitebuntur peccatum suum: sed procul a misericordia Dei b habitatoribus Saxari. b. habitatores

12. Porro qui timuerint Dominum suum in occulto [i. etiamsi nullus hominum eos uideat], ipsis erit indulgentia, et merces magna.

13. Et absondite sermonem uestrum, uel manifestate

illud : certè ipse est cognoscens ejs̄dem scientiam preteritorum.

14. An non scies omnia qui creauit ea, cum ipse sit penetrabilis, penitus.

15. Ipse est qui posuit nobis terram habitabilem : ambula= te igitur per paruas habitabiles dies, et comedite de alimento eius [1. Dei] : et ad eum erit resuscitatio & resurrectionis.

16. An secundum est̄, ne qui est in Celo subuuas no= biscum terram ? et ecce illa superior remanebit.

17. An secundum est̄, ne qui est in Celo mittat contra nos ventum glaciales eiaculantem ; et tunc scietis fœnius= modi sit comminatio mea.

glareas

18. Et quidem iam mendacij insimulauerunt Legatos suos ij, qui fuerunt ante nos : et quomodo fuit punitio mea ?

19. An uero non uidebunt aues supra se extendentes alas, et retrahentes eas ? non retinet eas, ne cadant, nisi Misericors : quippe ipse in omnem rem est intuens.

20. Quisnam est ille, qui sit loco exercitus nobis, et adiuuet nos, preter Misericordem ? a non sunt infideles, nisi in deceptione.

a. si

21. Quisnam est ille, qui nutriat nos, si ipse retineat alimentum suum ? nihilominus obstinate perstitant

*. [2. no curuus] in perfidia, et fuga à ueritate.

[rectorum]

22. An ergo qui incedit pronus super faciem suam est directior, an qui incedit equaliter per uiam rectam ?

23 Die : Ipse est qui produxit nos, et dedit auditum, et uisum, et corda

et corda : quam pauci gratias agitis !

24. Die : Ipse est, qui seminauit vos in terra : et ad eum congregabimini.

25. Et dicunt : Quando completibitur hæc promissio, si estis veraces ?

26. Respondeo : Certè scientia huius rei est apud Deum : et quidem ego sum commonitor manifestus.

27. Cum verò viderint illum Ti. Tartarum cominus, tristitia perfundentur multus eorum, qui fuerunt infideles : et dicetur illis à Præfectis eius : Hoc est illud, quod accersebatis.

28. Die : a Quid censetis ? num perdideris me Deus, et eos, qui sunt mecum, aut miserus fuerit nostri : quis opem ferret infidelibus, ut liberentur à supplicio doloristico ?

29. Die : Ipse est Misericors : credidimus in eum, et super eum innixi sumus : postmodum scietis, quis fuerit in errore manifesto.

30. Die : b Quid vobis videtur ? si mane aquæ vestræ absorta terræ hiatu : quis porrò dabit vobis aquam puræ scaturientem.

a. Dicite mihi

b. Dicite mihi

Note

Vox الملك, Regnum, quæ est in primo versiculo, est etiam titulus suræ ; quam Meccanam esse, et tredecim versibus constare, omnes, quos vidi, consentiunt. Quidam appellant eam الواقية المنجية, Custodientem, Liberantem : انها تقى تنجى قاريها من عذاب القبر : quia ipsa custodiet, et liberabit lectorem suum à tormento sepulchri : de quo alibi dictum est

Huic aliud additur premium, nimirum: من قرأ سورة الملك كانت احيى ليلة القدر. Qui legerit Suram Regni, erit ac si miraculeatus fuisset (i. animatus in utero fuisset) noete Alcadar: in qua descendit Aleovanus è Celo; et Deus disponit omnia eventura anni per totum annum. احيى ليلة القدر

3. Aliquid disiunctionis] Dest aliquid inordinatè dispositum, uel non benè, aptequè coherens. Refertur autem ad septem Celos, in quos iubetur Mahumetus defigere aspectum semel, bis, et ter, ut uideat nullas in eis fissuras esse, uel rimas.

5. Faciebus] Arabicè وجوه: Exponunt communiter النجوم Stel lis: deque mox in refutationibus.

9. Vos non estis, nisi in errore magno]. Dubium est inter Expositores, utrum hæc sint uerba infidelium ad Legatos prædicantes: an uerò Custodum Celenne ad infideles in eam projicientes.

22. An ergo qui incedit]. Comparatio respicit fidelem, et infidelem, iuxta expositores.

30. Si manè appareat aqua uestra absorta terræ hiatu]. Si nimirum terra dehiscens absorbeat aquas uestras, ita ut ipsa superior remaneat. Refert hic Celal fabellam his uerbis: وتليت هذه الاية عند بعض المتجبرين فقال تاتى به الفؤس والمأول فذهب ماء عينه وعمي. Legebatur coram quodam superbo, et arroganti hic uersus: Quis dabit uobis aquam? Ille uerò dixit: Dabit eam dispennij, et ligo effodiendo terram. Et abijt humor oculorum eius, et cæcus factus est

Refutationes

Refutationes

1. Quamuis in hac sura minus, quam in alijs Mahumetus insaniat: est tamen hæc tota straminea, et sine succo, nihilq; continet, nisi fucos verborum absque ullo ordine, vel compagine: atque ea tantum repetit, quæ sexcenties in Alcorano decantantur.

2. Hærstat in opinione falsa septendecim numeri Cælorum. Addit verò illud mirabile in eorumdem orbibus, quod nulla in illis rimam, vel fissuram sit reperire. Atque ut id verum esse probet, iubet Deus Mahumetum, semel, bis, ter oculos in Cælos defigere, quò apertè cognoscat, nulla in parte eosdem fissos esse, vel rimosos. At quis adeo hebes, ac stolidus est, ut non intelligat, etiam si densissimæ essent in Cælis rimæ, eæque amplissimæ, impossibile esse, ut ab homine in terris posito, etiamsi Lynceus esset, aut Argus in adeo immensa distantia videantur? Quot ope tubi optici apparent in Luna maculæ, vanitates, cavitates, quas nullus, vel acutissimi visus oculus attingit. Quomodo ergo poterat Mahumetus in orbibus Cælestibus immenso spatio à terra distantibus, rimas, vel fissuras agnoscere?

3. Recoquit eandem. Existimat, Deum ornasse faciem Cælum propinquum, quo nomine Cælum Lunæ apud Arabes intelligimus. Huiusmodi verò faces pro stellis ab Expositoribus accipi, iam vidimus. At stellas non in Cælo Lunæ, sed in Firmamento sitas esse vel rudissimi sciunt. Video tamen hic Mahumetum non decuisse vetlig Logui, sed

sed de flammij illis volantibus, quas sepè videmus supra nos discurrere. Verum' hę non in Cælo Lunę ad illius ornamentum stabiliter positę sunt, sed in secunda aerij regione subito apparent, stantesque euanescunt. Credere uerò huiusmodi flammis, seu ignitis exalationibus expelli Dæmones à Deo ex ortibus Cælestibus, nè ex illis audire possint eos loquia Angelorum, quemadmodum non semel fieri affirmat Mahumetus in Alcorano, insanissimę demeniię est, et ridiculę sedulitatis, ut alibi fusius demonstrauimus.

سورة القلم مكيّة
اثنتان وخمسون اية

SVRA LXVIII.

CALAMVS.

Meccana: commatum LII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. N.

2. Per Calamum, et id, quod scribunt illo Angeli in Tabulis custodiæ.

3. Non es tu, ò Mahumete, per gratiam Domini tui dæmoniacus.

4. Et certè eni tibi sanè merces interminabilis.

5. Et

5. Et profectò tu sanè es in religione[a] magna.
6. Mox videbis tu, et videbunt illi.
7. b Quis nostrum fuerit seductus.
8. Certè Dominus tuus est scientissimus quisnam erret à viâ sua, jubet est scientissimus in directis [i. optimè novit quinam sint directi]
9. Ne ergo obedias mendacij insinuantibus signa nostra
10. Desiderant ut leniter agas secum: ideo leniter agant secum. * Et ne obsequaris omni invatori, viri.
11. Detractori, incedenti cum obtrectatione. * 11.
12. Prohibenti bonum, transgressori, iniquo.
13. Ferocei, præterea spurio:
14. Etiam si sit possessor opum, et filiorum.
15. Cum recitantur ei signa nostra, dicit: Fabulæ priorum.
16. Notam inuremus ei super nasum.
17. Nos certè castigauimus eos [i. Meccanos] sicut castigauimus possessores horti, cum iurauissent, quod exciderent illum ad matutinum tempus venientes.
18. Et non apposuerunt exceptionem, dicendo: si Deus voluerit.
19. Circumdedit itaque illum flagrum ignis circumdans immissus à Domino suo, et combussit eum: et jam erant dormientes.
21. Et apparuit manè combustus veluti nox tenebricosa.

a. constitutione"

b. in quo uestrum"

22. Vocaverunt ergo se se mutuò mane surgentes: et dixerunt:

23. Manicabe ad satum nestrum, si essis illuda exti-
nuevi-
sui.

24. Serrexerunt igitur: et ipsi secretò colloquebantur.

25. Nullo modo ingredietur illuc [I. satum] hodie ad nos ullus pauper.

26. Et manicaverunt cum proposito huiusmodi, putantes se esse ad hoc potentes fore.

27. Cum autem audissent illud, dixerunt: Nos certè fuimus sanè errantes, dum credebamus hunc esse bonum nostrum.

28. Atqui nos privati ndi evamus exercitus fructibus eius.

29. Dixit iustior eorum: Nonne dixi vobis: ne non laudabitis Deum.

30. Responderunt: Laus Domino nostro: nos certè fuimus iniqui. * Accessit igitur alter eorum ad alterum: * 31
se se mutuò incusabant.

32. Dixerunt: Oneri nobis: nos certè fuimus exorbitantes.

33. Fortasse eveniet, ut Dominus noster * commutet * [idèst, concedat]
nobis meliorem bonum, quam hunc: Nos certè ad
Dominum nostrum hoc tamen avidè expectantes.

34. Iuxta hanc erit pœna Mecænorum: et quidem
pœna futuri sæculi erit gravior: si sciant.

35. Certè hîc erunt apud Dominum suum boni
voluptatis.

36. An

36. An uero tractabimus Diuino cultui addictos, sicut sceleratos?

37. Quid uobis est, aut ita iudicetis?

38. Vtrum est uobis liber, in quo hæc legatis?

39. Certè erit uobis in illo sanè quod eligatis [i. poteritis tenere id, quod in eo legitis]

40. An sunt uobis iuramenta super nos peruentura usque ad diem resurrectionis [i. an iuramentum, uel pactum aliquod eiue hoc feciimus uobis, quod sit robur habiturum usque ad diem resurrectionis]. Certè si ita est, erit sanè uobis sanè ratio illius, quod iudicastis.

41. Interroga eos, quis eorum sit in hoc fideiussor?

42. An sunt illis fideiussores et Associati [i. dij, quos colunt]? Adducant porrò Associatos suos, si sunt ueraces.

43. Hæ quidam discooperientur eius, et uocabuntur ad adorandum: sed non poterunt.

44. Deiecti erunt aspectus eorum: cooperiet eos ignominia: Etiam uocabantur ad adorandum, et ipsi erant incolumes: et iuxta uolebant.

45. Sine ergo me, et eum, qui mendacij insimulat hanc nouam narrationem [i. Alcoranum]: sensim per gradus ducemus eos ad uitiam de unde nesciunt.

46. Et quietam uitam prorogabo eij: quippe dolus meus est ualidus.

47. An petes abeis mercedem pro prædicatione sua? Atqui ipsi sunt ex ære alieno grauati.

48. An est penes ipsos Arcanum? atqui ipsi tenebuntur

49. Patienter igitur sustine iudicium Domini tui: ne sis sicut habitator Liveij [1. Jonas], cum clamaret ad Deum; et ipse erat afflictus.

50. Nisi excepisset eum gratia à Domino suo, certè proiectus fuisset in terram desertam, et ipse fuisset ignominia notatus.

51. Sed elegit eum Dominus suus, et fecit eum ex Electis.

52. Et quidem parum abest, quin illi, qui sunt infideles dimoueant te [1. deijciant te è loco tuo] aspectibus suis, postquam audierint commonitionem [1. Alcoranum], et dicunt: Certè ipse est vanè demoniacus.

Sed non est hic Alcoranus, nisi commonitio ad omnes creaturas.

a. Mundos

Notæ

Pulchrum habet hæc Surat Epigraphen. Quidam enim inscribunt القلم, Calamus: quidam verò ن Nun, quæ est vigesima quinta littera Alphabeti Arabici, et respondet nostræ N. Desumitur autem utraque inscriptio ex ipso principio Surę, quę Meccana est, et duos, vel tres supra quinquaginta versiculos continet. Præmium recte promissum est huiusmodi: من قراء سورة القلم اعطاه الله ثواب الذين احسن اخلاقهم. Qui legerit Suram Calami, dabit illi Deus præmium eorum, quorum indolem optimam constituit in evectione eorum.

1. N.] Quidam coniungunt characterem hunc singulum cum primo versu: quidam verò ipsum pro primo versu constituunt

constituunt. Quid autem significet ineeurum est apud Expositores. Quique mysterium illius in Divinam scientiam refundunt, inter quos est Selal. Zamchascenius tres refert opiniones. Primam, eorum, qui dicunt, hunc characterem significare الدواة Atramentarium: non aliam, ut puto, ob causam, nisi quia calamus sine Atramentario et atramento esset prorsus inutilis: et secundo hoc, Deus iuvat hic per Atramentarium, et Calamum. Secundam, eorum, qui volunt ex simplicem characterem ن N, poni pro illius nomine نون Nun, quod in lingua Hebraica Piscem significat. Tertiam, eorum, qui volunt significari اللوح من نور وذهب Tabulam ex luce, et auro, illam scilicet, in qua à Deo omnia scribuntur calamo, qui hic commemoratur. Non desunt etiam, qui asserant significari النهر فى الجنة Fluvium in Cavadise. Jahia refert opinionem quorundam, qui putant innui الحوت الذى عليه قرار الارضين: piscem illum magnum, super quem immittitur Terra: consistit septuplex terrarum orbis. Beidamius addit: قيل اسم الحوت والمراد به الجنس او البهموت. Quidam dicunt intelligendum esse hic piscem in genere: quidam vero putant indicari signatim piscem Behemoth: de quo Job cap. 40. fusè mentionem, et Thalmudistæ innumera fabulantur.

2. Et Calamum] Quamvis nonnulli calamum hoc loco genericè accipiant: communior tamen sententia est intelligi debere calamum illum, quo Angeli in tabulis custodiæ exarant decreta Dei.

5. In Religione magna] Arabicam vocem خلق, quidam

exponunt Religionem: quidam vero indolem, seu naturam: quod sanè magis arridet

11. Et ne obsequaris omni iuvatoni] In hoc, ac sequentibus versibus acriter pungit, ut senit Selal, الوليد بن المغيرة Validum filium Moghiræ hostem suum infensissimum, quem per summam contumeliam Spurium appellat.

17. Notam inuremus ei super nasum] Omnibus scitiee patentem: nasus enim pars est magis prominens, et conspicua totius faciei. Curat Selal, hoc fuisse vatiei-nium, scribit enim: _____ فخطم انفه بالسيف يوم بدر in bello Bedrensi: et viscipsus fuit nasus eius gladio

18. Sicut castigauimus posessores horti] Refert, seu potius fingit Selal, hos fuisse quosdam filios familias, quorum pater ex fructibus horti ad ipsis hereditandi, pauperibus abundanter dilargiebatur. Degre ferentes filij, decreuerunt hortum radicitus extirpare: quod-e-manè, ne pauperes pernicissent. De mane profecti, hortum combustum inuenerunt.

27. Nos certè fuimus sanè errantes] Sensus horum verborum iuxta Selal, hic est. Videntes inuenes hortum ita combustum, putauerunt esse alium hortum à suo. Verum eum cognouissent reuera esse suum, sed com-bustum, dixerunt: Quid ad nos? Nihilominus nos priua-ti eramus fructibus eius; nam non peruenichant ad nos, sed dabantur pauperibus.

43. Discooperietur crus] Explicat Selal: هو عبارة عن شدة الامر يوم

يوم القيمة للحساب والجزاء يقال كشفت الحرب عن ساق اذا اشتدّ الامر فيها.
allegoria, qua significatur servibilitas dei iudicij & ratio-
nem in eo reddendam, et pœnam, seu premium recipiendum.
Sheitan enim: Shis eo pervis bellum eras, cum bellum aske-
mener vesquijt, et agravatum est. Quod vero addit, im-
pios vocandos esse ad adorandum, idest ad se se incurvan-
dos, sed non fore potentes ad hoc: reddit rationem Selal, quia
تصير ظهورهم طبقًا واحدًا: *fient dorsa eorum superficies unica:*
idest tota solida, et continuata, et sine ulla flexibilitate.
45. *sine ergo me, et eum*] Dest sine ut ego cum illo rem
decernam: ita ut controversia decidatur quasi per monoma-
chiam inter nos duos. Quod vero subditur, ensim per gradus
ducemus eos, Arabice سنستدرجهم: *explicat Selal* ناخذهم قليلًا قليلًا
comprehendemus, seu puniemus illos sensim, ac pedetentim.
Alij exponunt: Gradu decidere faciemus eos.
48. *An est penes ipsos Arcanum?*] Sensus est: Non habent
penes se tabulam Arcanorum Dei, in qua scripta sunt
omnia: alioquin non esset eur ipsimet scribevent ea, quæ
dictum sunt. Ita Selal. Vide supra.
49. *Habitator Ciscij*] Ita vocatur Jonas apud Arabes,
qui plurima de eo fabulantur. Non semel de illo sycophan-
tice facta est. Vide quæ ibi dicta sunt.

Refutationes

1. *Incipit Iura per characterem singularem, nullius significa-*
tionis. Id vero et inutile, et ridiculum prorsus est, quemadmodum
alibi probavimus. Quod vero Deus per huiusmodi characteres

et per calamum, et per id, quod calamo scribitur, iuret Mahumeto, ipsum non esse dæmoniacum: summam vecordiæ impietatem, et amentiam. Præterea non obscurè arguit Mahumetum sibi certissimè persuasisse, se esse dæmoniacum, cui nonnisi per Dei iuramentum posset oppositum persuaderi. Si enim certus fuisset se dæmonium non habere, sicuti certus erat, se non esse lignеum, uel lapideum, quę causa fuisset, cur Deus iuramento sua illum de hoc certum faceret? Debebat potius hoc iurari à Dęo Mahumeto, si ipsi credebant illum non dæmoniacum.

C. Magnum hoc mendacium tribuis Mahumeto, dum inquis illum pollicitum Mahumeto mercedem interminabilem: et asseveres illum esse in Religione magna, uel, ut alij explicant, in dolis magnę. Siquam enim mercedem habuit, tota illa seruena fuit, et paucorum annorum circulo infelicitèr terminata. Post mortem uerò, cum tam scelestè, ac nefariè uixerit, nullam aliam mercedem habere potuit, quam ignis æterni. Quod uerò in magna Religione fuerit, falsum prorsus est, nisi forte nouam ab eo inuentam superstitionem sexcentis erroribus, figmentis, ac mendacijs refertam, et Tartareo, atque Euangelio oppositam, magnam religionem dicere uelimus. Neque demum magnę illum indolis fuisse quisquam dixerit, nisi magnę in dolij nomine, ingenium ad omnia scelera, flagitia, latrocinia, et fraudes promptum, paratumque uisellicarit.

B. Insulsa prorsus, ac ridicula est illa professorum. horri + fabella. Nam cum horri illius fuerus ałendi

+ parabola, seu historia, siue

paupertas

pauperibus insumeventur à patre familias, ac propterea filij ea molestè ferentes, uellent illum manè excidere, ratio exigebat, ut Deus illos puniret, ut pote pauperibus, et paterne pietati iniuriosos: non autem igne præueniret, quod ferro erant filij facturi, et hortum noctu combureret, quem ijsi manè erant excisuri: præsertim cum huiusmodi combustio nullum filijs, magnum uerò Patri, ex pauperibus detrimentum afferret. Quomodò uerò hoc exemplum quadret in pœnam Meccanis à Deo inferendam, uix intelligi potest.

سورة الحاقة مكيّة
اثنتان وخمسون اية

SVRA LXIX
FATALIS.

Meccana: commatum LII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Fatalis. [i. Dies Judicij]
2. Quid est Fatalis?
3 Et quid intelligere faciet te, quid sit Fatalis?
4. Negauerunt, ut ~~mentiti~~ falsam Themudei, et Adi Calamitatem

[1. diem Iudicij, quę terrore mee corda pulsabit]
5. Porrò Hemudei perditi sunt clamore vehementissimo.
6. At verò Adęi perditi sunt vento perstrepente, exorbi-
tante.
7. Violenter immisit eum Deus super eos per septem
noctes, et octo dies se se consequentes. Porrò vidisses
homines in illis prostratos, quasi ipsi essent trunci pal-
marum inanium.
8. Anverò vidisses illorum quidquam reſidui? [1. nullus
ex eis reſiduum vidisses]
9. Venit autem Pharao, et qui fuerunt ante illum; ex
urbe Pentapolis subvertę eum peccamee
10. Et contumacęs fuerunt Legato Domini sui: ideo pu-
nivit eos pęna cumulata.
11. Nos sanè, cum exeremisset aquas diluvij, portavimus
vos in Carvenâ [1. in Area]
12. Ut proveremus eam vobis in monimentum: et con-
servavet eam arvis custodiens.
13. Cum autem insufflatum fuerit in faciem insuf-
flatione una [1. prima.]
14. Et asportata fuerit terra, et montes, et lapi,
et illi comminuti fuerint comminutione una:
15. Et die illa ingruent Ingruens [1. subitò advenit
hora Iudicij].
16. Et divisput fuerit Cœlum, et ipsum die illa fue-
rit luxatum.
17. Et Angelus in latenibus eius constituti: et portaverit

thronus

thronum Domini tui supra seipsos: die illa erunt octo
Angeli portantes thronum.
18. Illa die præsentabimini: non abscondetur ex vobis
quidquam latens.
19. Porrò ille, cui traditus fuerit liber unus in dextera
ipsius, dicet: Accipite, legite librum meum hunc.
20. Ego sanè existimavi me ad futurum examini mes
huic.
21. Hic igitur constituetur in vita placente sibi.
22. In horto sublimi.
23. Fructus eius erunt cuicini manibus carpentium.
24. Comedite, et bibite suauiter ob id, quod præmiseritis
bonorum operum in diebus præteritis.
25. At ecce ei traditus fuerit liber unus in sinistra
ipsius, dicet: Utinam mihi non fuisset traditus liber
meus hic:
26. Et nesciuissem quid esset examen meum hoc.
27. Utinam ipsa esset [præcedens I. utinam mors ad-
esset mihi].
28. Quid profuerunt mihi diuitiæ meæ illæ?
29. Leuis à me potentia mea illa.
30. Arripite eum, et alligate eum.
31. Deinde in tartarum projicite eum comburendum.
32. Dum in catena, cuius mensura sit septuaginta
cubitorum, mittite illum.
33. Quia ipse non credidit in Deum Magnum.
34. Neque [sollicitus] fuit de cibatione pauperis.

35. Propterea nonenit illi Iodie hic ullus studiosus amicus:
36. Neque eibus, nisi ex anie fluente è corpore damnatorum:
37. Non comedent illum, nisi peccatores.
38. Non autem iuvabo per id, quod videtis.
39. Et id, quod non videtis.
40. Quod hic Heovanus sanè est verno Legati venerandi.
41. Et non est verno Coeli. Quam pauci evidistis hoc!
42. Neque est verno Antoli. Quam pauci commonefitis!
43. Demissio Il. demissus fuit à Domino a seculorum.
44. Quod si confinxisset de nostis aliquid horum sermonum.
45. Certè amisissemus eum dextra.
46. Deinde certè abscidissemus ab eo venam cardiacam, ita ut statim moreretur.
47. Neque fuisset ex uobis ullus ab eo puniendo nos impedien[tes]
48. Et profectò hic Heovanus est sanè commonitis timentibus Deum.
49. Et certè nos sanè scimus quod iuxta ex uobis mendacij insimulantes illum.
50. Et certè ipse est sanè suspitiund dolorosum b pro infidelibus.
51. Et certè ipse est sanè ventas constantis fidei.
52. Laudabitur in nomine Domini sui Magni.

Nota.

Prima sane nox est etiam titulus illius; nempe

Fata-

a. Mundorum
b supple infideles
c. certe

Fatalis, Arabice الحاقّة, generis fœminei, subintelligitur enim dies, videlicet Supremi iudicij, vel resurrectionis. Cuius verbum Arabicum حَقّ, ex quo deducitur participium الحاقّة, proprie significat debitum fixumque esse, vel infallibiliter contingere: vel etiam verificari, vel manifestum esse. Quamobrem praedictam vocem الحاقة, exponit Zelal يوم القيمة التى يحق فيها ما انكر من البعث والحساب والجزآء: diem resurrectionis, in qua verum esse apparebit id, quod negabatur de suscitatione mortuorum, et operum examine, et eorum premio, vel pena. Ego verti Fatalis, nempe infallibiliter, et necessario eventura, quia nulla alia voce melius, quam hac Arabica mihi videtur energiam eximere. Meccana est hac Sura: et duo supra quinquaginta versus a primoque illi tribuuntur. De premio lectoris hac habe: من قراء سورة الحاقة حاسبه الله حسابا يسيرا Qui legerit Suram Fatalis, exiget Deus ab eo in iudicio facilem rationem, idest levis erit cum eo in iudicio.

2. Quid est Fatalis? Dictum censet Zelal per modum amplificationis, nimirum, quam magna, et formidabilis erit huiusmodi dies.

9. Subuerse cum peccatrice]. Arabice بالخاطية, exponitur a Zelabe بالفعلات ذات الخطاء, propter opera peccaminosa. Suspicor alludi hic ad urbem Lot, quæ extincta est cum habitatoribus Sodomæ. Cum autem versas cum peccatrice, vertit propter peccatricem, recidit in idem.

38. Non autem iuvabo]. Arabice فلا اقسم, verti etiam potest: Non ergo iuvo*. Nescio, cur Expositores velint particulam negativam ל, non, hic, quemadmodum etiam supra, esse:

* vide supra. ١

superfluam, ita ut vertendum sit : Juro autem. Sed
puto, hic esse figuram illam, quam Rhetores prætermis-
sionem, vel omissionem vocant, in qua cum maxime
aliquid dicimus, cum illud nos prætervehi velle affirmamus :
ut sensus sit : Nolo nunc iurare, prout rei gravitas exige-
ret, Alcoranum esse dictum, seu sermonem Legati &
4. Quam pauci credidisti. Arabice قليلاً ما تؤمنون : verbatim
verbas : Parum quod credisti. similis loquendi modus
in sequenti versiculo, et alibi occurrit in Alcorano.
Telal putat particulam ما, quod, esse superfluam : itaque
vertendum sit : Parum credidisti : parum communefimini.
Rationem reddit idem Telal, انهم امنوا باشياء يسيرة, quia pari
credebant in rebus paucis. Propriè vertendum videtur :
Quam parum credidisti ? sed omnia vertimus in idem

Refutationes

1. Nullus in hac Jura ordo : nulla verum connexio.
Perturbata tantumodo in ea sexcentarum inepliarum far-
rago. Recte dixeris eam chaos illud Ovidianum : nempe
rudem, indigestamque molem, et male innexarum diver-
sa semina rerum. Incipit à die resurrectionis ; transit
ad Themudeos, et Adæos : progreditur ad Pharaonem :
transgreditur ad Pentapolim : transilit ad Arcam, et
diluvium ; regreditur ad supremam Mundi diem, Divi-
nique judicij signa, et ad judicij ipsius scenam. Mox
ad Alcoranum, et Mahumetum importune digreditur.
Quid confusius ? ! et hunc à Deo consciptum, et traditu

Librum

librum esse dicemus, tantaque elegantiæ, ac tam venusti ordinis, miræque connexionis, ut si homines universi, ac Dæmones convenirent, totoque simul conniterentur ingenio, nihil tam lepidum, ac pulchrum conscribere possent.

2. Aperit à Deo fuisse perditos Adæos uento contra illos immisso per septem noctes, et octo dies se se subsequentes, seu continuos: ita enim explicant حسوما communiter Interpretes, intergnos ita Jahias حسوما اى تباعا ليس فيها نقتير كان ذلك من يوم الاربعا الى يوم الاخر الاربعا والليالى سبع من ليلة الخميس الى ليلة الاربعا; ita ut se subsequerentur sine ulla interpolatione. Dies uero inceperunt à feria quarta, usque ad feriam quartam sequentem: noctes autem à feria quinta, usque ad feriam quartam sequentem. At cum Alcoranus primo loco ponat septem noctes, et deinde octo dies, impossibile est, has noctes, et hos dies se se mutuò consecutos fuisse sine ulla interpolatione, saltem unius noctis præcedentis octauum diem. Sed respondebunt Mosleni esse hic figuram illam, quam uocant ὕστερον πρότερον, inqua primo loco ponitur id quod secundo ponendum erat. Ego uero in huiusmodi quisquilijs nolo illis aduersari. ~~Sed quin fuerint in hoc~~

3. Si ea, quæ de Throno, Libris, et alijs ad diem Judicij spectantibus, * mystice ab Alcorano proponerentur, tolerari aliquo modo possent. Sed, ut alibi aduertimus, hæresin Mosleni Orthodoxi existimant, ea, quæ in Alcorano dicuntur, non ad uerbum, et prout sonant, sed figuratè, uel metaphoricè intelligere. Quamobrem cum iustorum

* dicuntur,

boni operibus nulla hic merces alia tribuatur, quam hortus sublimis cum arboribus pomiferis, quarum fructus ita prope à terra pendebunt, ut facilè, et sine labore manibus decerpi possint: ita ut tota felicitas, totumque præmium sit suaviter comedere, et bibere: hoc totum ita reuera futurum esse miseri homines certissimè credant.

4. Iurat Deus per id, quod uidetur, et per id, quod non uidetur, Alcoranum non esse commentum poeticum, uel magicum, sed uerbum Dei Mahumeto reuelatum; qui si quid huiusmodi confinxisset, subita à se morte puniretur fuisset. Vanissimum, imò impiissimum Iuramentum; + ~~de quibus variè disputant~~. Vtrum uerò Alcoranus sit uerbum Dei, commonitio Diorum, uentaque certè fidei, quemadmodum hic asseritur, quilibet illum legens agnoscere potest

+ nam si Deus iurat per id quod uidetur: et non uidetur: iurabit etiam per Diabolu, et malos genios; per asinos; per muscas, uermes, et quidquid uile, et immundum cogitur

سورة المعارج مكية
اربع واربعون اية

SVRA LXX.

GRADVS.

Meccana: commatum XLIV.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Inter-

1. Interrogauit quidam interrogans Mahumetum
2. De pena superuenturâ
3. Infidelibus; non erit illam reuellens,
4. Ne infligatur illis à Deo habente Tradus [l. orbes Cælestes]
5. Ascendens per eos Angeli, et Spiritus [l. Gabriel] ad eum in die Iudicij, cuius erit spatium quinquaginta millium annorum. Sustinet igitur cum patientiâ speciosâ [l. prætendens multos serenitatem].
6. Certè ipsi uident eam [l. penam] remotam [l. futuram seriùs aduenturam]
7. Sed nos uidemus illam propinquam.
8. Dies, qua erit Cælum uelut argentum liquescens:
9. Et erunt montes sicut lana uento agitata.
10. Neque interrogabit amicus amicum.
11. Videbunt tamen eos [l. amici amicos]. Desiderabit celestius redimere se à pœna die illa filijs suis.
12. Et uxore sua, et fratre suo,
13. Et cognatione sua, quæ susceperat eum,
14. Et ijs, qui sunt in terra uniuersis.
15. Deinde liberare eum [l. eos, nempe filios, uxorem &c]
16. Nequaquam ipotent: nam Satanas.
17. Attrahendo eos peruentem capitis.
18. Accedet ad se cum, qui uerga uerenti, et refugienti à fide.
19. Et congregauerit opes, et auarè retinuerit ea
20. Quia homo creatus est admodum impatiens.

21. Cum retigerit eum malum, fit timidus.

22. Cum verò retigerit eum bonum, fit tenax, & amarus.

23 24. Sed orantes, qui sunt in oratione sua perseverantes.

24 25. Et ij, quorum in fauibus est dedita portio conueniens

25 26. Mendicanti, et prohibito obuerecundiam à mendicando.

26 27. Et qui fideliter confitentur diem Iudicij.

27 28. Et qui sunt à pena Domini sui sollicitè sibi cauentes:

28 29. Quippè à pena Domini ipsorum non est remissa.

29 30. Et qui sunt mensulas suas iudicè custodientes.

30 31. Præterquam erga uxores suas, [ut id, quod possederunt dexteræ eorum [i. ancillas suas]: hi enim in hoc erunt inculpabiles.

31 32. Qui verò appetierint aliquid præter hoc, hi erunt transgressores:

32 33. Et qui sunt vadimonia sua, et pactum suum seruantes.

33 34. Et qui sunt in testificationibus suis firmiter stantes.

34 35. Et qui sunt orationem suam diligenter sedulò custodiunt.

35 36. Hi erunt in hortis honorati.

36 37. Quid porrò est illis, qui sunt incredibi, dum ante se deiecto vultu prospexè sunt deambulantes,

37 38. Dextris, et à sinistris diuisi in ectus.

38 39. An speras omnij uir ex ei, quod ingressurus sis horum ut lugeratis?

40. Nequaquam

39 40. Neguaquam. Nos sanè eveniimus eos ex.e.s, quod
seiunt [i. ex.spermate]
40. Porrò non iuvo per Dominum Orientium, et Occidentium,
quòd nos sanè sumus potentes
41. Ad hoc, ut substituamus meliores ipsis: neque nos
essemus prœueniendi [i. impediendi ne hoc faceremus].
42. Sine ergo ipsi inaniter disceptent, et ludant, donec
occurrant diei suo, qui promittitur illis.
43. Hic, quo egredientur è sepulchris festi-
nantes, quasi ipsi ad vexillum militare properarent
44. Timidè dejecti erunt oculi eorum: cooperiet eos vilitas.
Hic est dies, qui promissus fuerat eis

Nota.

Inscribitur Sura Arabicè العارج, idest Gradus pluralis
numeri, quæ nox legitur in versu quarto. Sed æquè vecepta
inscriptio est سأل, Interrogauit, à qua dictione primus
incipit versus. Est Meccana, et quatuor supra quinqua-
ginta à plerisque illi versus tribuuntur. Meyees legentis
eius eadem cum incipiede eorum الذين هم لاماناتهم وعهدهم راعون:
qui promissa sua, pactaque custodiunt
1. Interrogauit quidam interrogans] Quisnam iste fue-
rit, qui Mahumetum interrogauit, his verbis indicat
Zamchascenius: وعن ابن عباس هو النضر بن حارث قال ان كان هذا هو
الحق من عندك اللهم فامطر حجارة من السماء او ائتنا بعذاب اليم. Habetur e.s
Ebn-Abbas, hunc fuisse Alnodar filium Haveth, qui dixit:
O Deus, si hoc, quod dicit Mahumetus est veritas à te

revelata, mitte è Cælo plumbeam lapidem, vel influge nobis
penam deificam.

4. Habentem gradus]. Ero his gradibus Gelal, et alij
intelligunt orbes Cælestes, per quos ascendunt Angeli ad
Deum, ut illius imperia ad homines deferenda exeipiant.
Verum cum dicatur hic Angelos, et Gabrielem ascensuros
per eos ad Deum in die resurrectionij, et iudicij, in qua
Deus presens futurus est in terra omnium iudex: non
nisi ingressi dicuntur Angeli cum Gabriele ad eum ascen-
suri per orbes Cælestes. Commodius, ut puto, per gradus
exposuissent Interpretes gradus throni, super quem
sessurus est Deus in supremo iudicio. Sed ea est Al-
corani infelicitas, ut eum sit ipse per se ineptus, et
absurdus, ineptiorem, et absurdiorem illum reddant In-
terpretes sui.

5. Cuius erit spatium quinquaginta millium annorum]
Alibi constanter asserunt Mostemi, supremum Iudicium
unius diei spatio absoluendum. Ne autem videantur Pro-
phetæ sui aduersari: vel potius ne ipsi aduersari sibi
conuincantur; censet Gelal hoc tam prolixum tot annorum
spatium, intelligendum esse بالنسبة الى الكافر لما يلقى فيه من الشدايد
واما على المؤمن فيكون عليه اخف. respectu infidelium, et angustias,
quas ea die experientur. Fideles autem leuiorem sentient
eamdem diem. Iahias aliter exponit iuxta litteram
Alcorani كان مقداره خمسين الف سنة يقول هذا كان مقداره* لو كافتم فيه حساب
الخلايق والقضاء بينهم وهو تبارك تعالى يفرغ منه فى مقدار نصف يوم
من ايام الدنيا. Erit spatium eius quinquaginta millium
annorum

* videsq; mendo
scripturæ pro
لكى يتم

annorum. Nimirum hoc toto tempore absolvetur examen, et redditio rationis interfectorum. Sed Deus absolvet iudicium dimidio diei communi. Zamchasenius sic explicat: امّا ان يكون استطالة له لشدّته على الكفار وامّا لانّه على الحقيقة كذلك. وقيل فيه خمسون موطنًا كل موطن الف سنة وما قدر ذلك على المؤمن الّا كما بين الظهر والعصر. Hoc dicitur, vel quia talis erit longitudo eius in fidelibus et angustiam, et afflictionem in illo: vel quia revera tantum temporis spatium occupabit. Dicitur enim iudicandas fore in illo quinquaginta nationes, quarum singularum disquisitioni mille anni deputantur. Verum fidelibus non erit spatium temporis ad examen prolixius, quam sit spatium a meridie ad vesperam.

10. Neque interrogabit amicus amicum]. Quia videlicet unusquisque propria curabit, sibique timebit.

11. Deinde liberare eum] Dest omnia sua offerent celesti pro se ipsis redimendis, cum intentione omnia recuperandi ubi redemerint.

12. Qui vero] Dest: qui alias feminas, praeter propria uxores, et ancillas carnaliter cognoverint.

40. Porro non iuro]. Hic etiam notum Expositores mendosam esse particulam negativam non.

42. Immitet discrepant]. Arabice est خوض: quod vox proprie significat natare in piscina: sedin Alcorano significat, inanibus disputationibus tempus terere.

Refutationes

1. Si Alcoranicorum, iuxta Morlemorum theologiam, prout sonant accipienda sunt, non potest Mahumetus excusari à contradictione, dum affirmat hic, Diuinum iudicium quinquagintà millium annorum spatio peragendum, cum tamen alibi dimidiam tantùm diei partem duraturum diuerte pronunciauerit. Vtrumque uerò à ueritate, et ratione alienum prorsus esse quis non uideat. Verum quidem est, iudicium illud breuissimo tempore per Diuinam potentiam transigendum esse. Sed dimidiam diem illi constituere, omni prorsus caret fundamento: multoque magis per quinquaginta millia annorum illud extendere ad hoc ut unaquaeque gens possit Diuinum examen subire.

2. Quod Alcoranus praeter uxores, concedat uiris libertatem cum ancillis coëundi licentiam: repugnat Euangelio, ipsisque ueteris naturae legibus: ut alibi probatum est. Vide Prodr. p. 4. cap. 26. pag. 466.

3. Ridiculum est, quod in oratione peruerse uanitates suas mendicis imprudentibus; Deum eius iudicium timentibus: coniugia castè seruantibus: nuptias, pacta, et testimonia obseruantibus: nihil aliud Mahumetus pro mercede polliceatur, quàm honorificam hominum possessionem. Nec minus uanum est quod' induceat Deum ipsum sanctè iurare per Dominum Orientium, et Occidentium, se posse substituere alios homines alijs meliores, neque in hoc

ab

abullo posse impedini. Quis enim est tam hebes pa
bardus, qui hoc ignoret? Vanum igitur, et otiosum
Deo inuamentum tribuit Mahumetus.

4. Quod Orientes plures, et Occidentes Meoranes commemoret, innuit evasum Mahumeti errorem, qui plures esse terrarum orbes existimauit: de quo uide supra

سورة نوح مكية
ثمان وعشرون اية

SVRA LXXI

NOE.

Meccana: commatum XXVIII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1 Nos sanè misimus Noë ad gentem suam, dicentes ei: Comminare genti tuæ antequam adueniat eis pœna dolorifica

2. Dixit illis Noë: O populi mei, certè ego sum uobis commonitor manifestus.

3. Seruite Deo, et timete eum, et obedite mihi.

4 Dimittet uobis de peccatis uestris, et differet uos

11. differet à uobis pœnam] usque ad metam determina=

eam [l. mortem]. Cœpit mecu Dei [l. prefixa à Deo] cum venerit, non differetur. Si scivetis hoc, certè evaderetis.

5. Dixit Noë: Domine mi, certè ego vocavi gentem meam & nocte, ac die:

6. Sed non audivit ejus vocatio mea, nisi fugam à fide.

7. Et certè ego quotiescunque vocavi eos, ut parcerent ejj, posuerunt digitos suos in auribus suis; et operuerunt se vestimentis suis, ne viderent me; et obstinatè persistiterunt, et superbè resilierunt cum protervia.

8. Sum sanè [l. 29.] vocavi eos manifestè:

9. Deinde ego certè palam locutus sum eis, et occultè locutus sum eis etiam loquendo.

10. Et dixi: Veniam precamini à Domino vestro: ipse quippe est Redemptor.

11. Mittet Ejus super vos copiosè pluviam effundens.

12. Et augebit vos opibus, et filijs: et dabit vobis hortos, et dabit vobis fluvios.

13. Quid est vobis quod non speretis in Deo benignitatem?

14. Et iam creavit vos multiformiter.

15. An non videtis quomodo creavit Deus septem Cælos involutim [l. unum supra aliud]?

16. Et posuit Lunam in ejs ad lumen, et posuit Stellas ad lucernam?

17. Et Deus germinavit fecit vos è terra germinando.

18. Deinde redire faciet vos in eam, et educet vos

ex ea

ex ea educendo [l. resuscitando]
19. Et Deus posuit ~~a~~ uobis terram in stratum.
20. Vt inedarij in ea pecudes spatiosas.
21. Dixit Noë: Domine mi, certè ipsi noluerunt obedire mihi: et secuti sunt eum, cui non addunt opes eius, et filij eius, nisi perfidiam [l. adiquerunt ditionibus, et potentionibus, qui sunt obstinati]
22. Et dolosè molliti sunt contra Noë technam maximam.
23. Et dixerunt potentiores plebi: Nullo modo vel inquatij Deos vestros: neque deseratij Vaddum, neque Souaum.
24. Neque Jaguthum, et ~~Iaoxaum~~ Jaucum, et Nasrum: Et iam seduxerunt multos. Et non addes iniquis prædicationes tua, nisi errorem.
25. Et eo quod ita commercuerint peccata eorum, submersi sunt, et conjecti sunt in ignem Gehennę.
26. Et non inuenerunt sibi extra Deum adiutores.
27. Et dixit Noë: Domine mi ne relinquas super terram ex infidelibus domos.
28. Nam si tu reliqueris eos, seducent seruos tuos, et non progignent, nisi nobilem flagitiosam, infidelem
29. Domine mi, pare mihi, et parentibus meis, et quicunque ingressus fuerit domum meam fidelis: et fidelibus diuij, et fidelibus mulieribus: et ne addas iniquis, nisi ruinam

Notæ

Respondet titulus Suræ (idquod in Alcorano variissimus est) materiæ, de qua in eadem agitur: nempe de prædicatione Noë. Meccana communiter censetur. Versus octo supra viginti plerique illi tribuunt: alij tamen melius viginti, ac nouem, sive etiam triginta enumerant. Quidam legerit: كان من المؤمنين الذين تدركهم دعوة نوح Erit ex illis fidelibus, qui fuerunt tempore prædicationis Noë. Quamuis in Bedauio pro Noë legatur النبي عم Prophetæ, cui sit pax, nimirum Mahumeti

14. Creauit uos multiformiter! Arabice est اطوارا: quam dictionem explicat Gelal, atque etiam Iahias احوالا, in uarijs statibus, nimirum primò spermatis, deinde coaguli, tum molæ, postea ossium, et earum postremò perfecti corporis humani.

23. Neque deseratis Vaddum]. Erant hæ Dæis illius ætatis, quemadmodum scribit Zamehascenius, qui etiam addit, Vaddum fuisse Gelum, cæterorum principem, et figuram eius fuisse hominis: Sauaum verò exhibuisse figuram mulieris, Iaguthum Leonis: Iaucum equi, et Nasrum Aquilæ. Refert etiam opinionem quorundam, qui censuerunt hæc esse nomina virorum sanctitate, ac probitate excellentium

Refutationes

1. Cum in Alcorano dicitur aliquis missus à Deo Propheta, vel legatus ad gentem suam, semper intelligitur

de gente aliqua particulari, in qua Horrus sit Prophe-
ta ille, vel Legatus. Hinc manifestè apparet erra-
tissimus Mahumeti error, dum asserit Noë missum
fuisse à Deo commonitorem, seu Legatum adgen-
tem: quasi verò Noë ad populum aliquem peculia-
rem missus fuerit ad eum commonendum, cum uni-
uerso hominum generi, quod tunc nondum in varias
nationes diuisum fuerat, neque diei poterat peculia-
ri illius populus, pœnitentiam prædicaueris. Constat
enim nonnisi post diluuium homines in varias gentes
diuisas fuisse.

2. Non minus hallucinatur, et errat Mahumetus,
supponendo fuisse in Mundo antè diluuium Deorum
cultum. Hoc idem iam supenius, ut apertè falsum
reieci. Conueniunt scilicet Chronologi omnes, Deos,
seu proles deos nonnisi post diluuium in humanum
genus incestos fuisse. Neque Mahumetani ipsi
aliter sentire possunt, si sacrarum Literarum ve-
ritatem, non Alcorani delira sequi uelint. Certè
non solum Moyses, sed Christus peccata humani
generis ante diluuium non ad Deorum cultum,
sed ad luxuriam, ac libidinem tantumodò reuocant.
Porrò si lege duo vitia ad Deolatriæ scelus compa-
rentur, scilicet omninò, licet aliquo grauissima,
censenda sunt. Quamobrem illud, non lege, tam-
quam diluuij causa addenda erant. Quemadmod
si quis patrem, vel Regis sui proditor esset, simulque

fur, uel seortator; et ad extremum supplicium damnaretur: nonnisi ingrè damnationis illius causa, sola seortatio, uel furtum, omissa proditione, læsæ Maiestatis reatu, à Iudice plectaretur. Eoùne res Christianum prorsus erat, ut ad sceleris omnium maximi, eiusmodi Idololatriæ est, detestationem; seirent omnes, propter illud præcipuè à Deo humanum genus universum aquis submersum fuisse. Postremò non solum Christiani, sed etiam Hebræi, plurium deorum cultum nonnisi post diluuium à posteris Cham orbem sedusisse, certissimè tenent. Vide R. Moysen Ægyptiũ, uulgò Rambam in Morè Nebuchim

سورة الجنّ مكيّة
ثمان وعشرون اية

SVRA LXXII:
GENII.

Meccana: commatum XXVIII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Dic, ô Mahumete: Reuelatum fuit mihi, quòd attentè audiuit cœtus ex Genijs me legentem Alcoranum, et dixerunt: nos certè audiuimus Lectionem mirabilem:

2. Dirigit

5. Dirigit ad veeram institutionem: ibique credidimus in eam: et nullo modo associabimus posthac cum Domino nostro ullum.

3. Et profectò exaltetur Maiestas Domini nostri. Non accepit uxorem, neque habuit prolem.

4. Et quidem dicebat fatuus noster de Deo exorbitantiam [1. quidam fatui ex nobis asserebant Deum habere uxorem, et filios]

5. Sed nos certè putauimus, quòd nullatenus dicturus esset homo, et Genius de Deo mendacium.

6. Et vanè fuerunt [a] quidam [a] ex hominibus, qui confugerent ad [b] quosdam [b] ex Genijs ad discendam veritatem: sed a Genij auxerunt illis errorem. a. vir. a b. viros

7. Et quidem ipsi Genij existimauerunt, quemadmodũ existimastis nos à Domino, quòd Deus non resuscitaturus esset Deus ullum.

8. Et nos quidem attreetauimus [etiam 1. tentauimus] ascendere ad illud, ut audiremus sermones Angelorum: sed inuenimus illud plenum esse custodia ualida Angelorum, et flammis ferreis.

9. Et nunc nos sedebamus in eo in sedilibus ad audiendum: At uerò qui tentauerit audire nunc, inueniet sibi flammam appositam ad custodiam.

10. Et nos porrò nescimus, an hoc sit ad malum, quod intentum sit à Deo in eos, qui sunt in terra: an uelit in eis Dominus eorum directionem.

11. Et quidem inter nos sunt boni, et inter nos sunt

citra hoc [i. mali] : sumus diuersę [i. diuisi in diuersas sectas]

14. Et nos quidem existimauimus, quod non essemus infirmatur[i] Deum in terra; et nullo modo infirmabimur eum esse nos quidem eum per fugam [i. quod non possemus euadere potentiam eius, et cum in puniendo, siue commoremur in terra, siue fugiamus in Cælum]

13. Et nos sanè, postquam audiuimus Directionem [i. Alcoranum] credidimus in eum. Qui porrò crediderit in Dominum suum; non timebit imminutionem mercedis bonorum operum suorum, neque iniustitiam à Deo.

14. Et quidem ex nobis aliqui sunt Moslemi [i. veram religionem profitentes] et ex nobis aliqui sunt à iustitia deflectentes [i. infideles]. Porrò qui sunt Moslemi, illi exquirunt veram institutionem.

15. At verò à iustitia deflectentes, erunt Gehennæ fomes ad incendium

16. Et quidem si Mecani veré steterint in via [i. in religione Alcoranica] sanè potabimus eos aqua copiosa [i. largam pluuiam concedemus] post tempus annos siccitatis]

17. Vt probemus eos per eam, utrum grati sint. Qui autem longè recesserit à commonitione Domini sui [i. ab Alcorano]: ingredi faciet eum in supplicium arctum.

18. Et quidem Oratoria dicata sunt Deo: ne ergo inuocetis cum Deo ullum.

ig. &

19. Et sanè cum steti∫set Seruus Dei [i. Mahumetes] ut inuocaret eum intra ruaneum Latinę conclauium, prope fuit, ut essent Genij super eum cum oppressione mutua [i. insiliendo unum supra alium, neque mutuò urgendo, ut eum audirent legentem Alcoranum].

20. Dic ò Mahumete infidelibus: Certè ego inuoco Dominum meum: et non associo eum ei illum.

21. Dic: Ego quidem non possum afferre uobis damnum, neque rectam institutionem.

22. Dic: Equidem nunquam defendet me à Deo ullus: et nunquam inueniam prętereundi effugium.

23. Pręter prędicationem mihi commi∫sam à Deo, et legationem eius, nihil possum conferre uobis boni, aut mali. Qui autem contumax fuerit Deo, et Legato eius, profectò illi erit ignis Gehennę: perennaturi sunt in ea semper.

24. Donec uiderint id, quod intentatur illis pęne, non recedent ab infidelitate sua. Tunc uerò scient quis fuerit infirmior adiutore, et paucior numero [i. quis haberet imbecilliorem adiutorem, et minora prędidia].

25. Dic: "Nescio", an propinquum sit id, quod intentatur uobis supplicij: an positurus sit illi Dominus meus extremum terminum [i. dilaturus sit illud usque ad mortem]. a. Si scio "

26. Ipse est Cognitor Arcani; neque manifestabit Arcanum suum illi.

27. Nisi cui sibi complacuerit ex Legatis: quo quip-

pe

incedere fauet ante eum [nempe legatum] et post eum custodiam Angelorum.

28. Vt sciat, quod iam peruenire fecerint legati ad homines mandata Domini ipsorum. Et complexus est scientia sua id, quod est apud eosdem legatos: et computauit omnem rem numerando.

Notæ

Cure inscriptio est الجنّ, idest Genius nomen collectiuum, seu genericum: Agitur enim in illa de quibusdam Genijs ad Mahumetismum ex Alcorani Lectione conuersis. Octo supra viginti versus illi tribuuntur. Meccanam vsque reuenio. Quidam legent صدق كان له بعدد كل جني محمدا وكذب به عتق رقبة. imputabitur illi ac si tot captiuos liberasset, quot fuerunt Genij tam qui credidernnt in Mahumetum, quam qui noluerunt credere in illum.

1. [Ætus ex Genijs]. Iam Hebrei, quam Arabes agnoscunt Genios distinctos ab hominibus, et Angelis: qui in quibusdam rebus cum hominibus, in quibusdam verò cum Angelis conueniant. Inter ea verò, quæ cum hominibus habent communia est, quod possint bene, aut male agere; et conuerti ad fidem, uel ad pœnitentiam. De his alias egi: ideo hic non repeto. Genij porrò isti Alcoranistæ, erant iuxta Gelal جنّ نصيبين, Genij Nisibenses, nimirum ex Nisibi celebri Ciuitate. Venerunt autem ad Mahumetum, ut idem scribit, في صلاة الصبح ببطن نخلة موضع بين مكّة والطائف: dum vacaret precibus

suis

qui in Aurora inira coneaum euiusdam Calmy quo-
dam in loco inter Meccam, et Saiphum

3. Exaltetur Maiestas] Arabice تعالى, cum sit preteriti temporis, uerti potest: exaltata est. Sed uidetur habere uim imperatiui, seu optatiui temporis, nempe exaltetur: quemadmodum etiam تبارك: et utrumque usurpatur ad detestationem alienius rei, que impie Deo tribuatur, et presertim pluralitati personarum, seu deorum, ac si diceretur: ~~Iust~~: procul absit; uel longe abest à Deo hoc, quod de illo dicitur. Item dicendum de سبحان الله, Laus Dei, et similibus formulis.

8. Attrectauimus Caelum] Videque de hoc sepenius dicta sunt.

Refutationes

1. Iuxta principia fidei Mahumetanorum, ibenque Hebreorum, posset hic aliqualiter Mahumetus, in eo quod de Genijs habet, excusari. Verum cum ex sacris litteris tam ueteris, quam noui Testamenti nihil de huiusmodi Genijs habeamus, dicendum est, totum, quod hic de illis refertur, figmentum esse, ac mendacium. Constat enim ex utroque ~~tam ex ueteri, quam ex nouo~~ Testamento, preter Angelos, et homines, nullam aliam rationalem, seu intellectualem creaturam à Deo conditam fuisse. Certum itemest, ex Angelis quosdam esse beatos, Deo adiectos: quosdam uero è Caelo deiectos, et eternis cruciatibus in Gehennas damnatos; qui communiter Demones, Satanæ, uel Diaboli appellantur: licet reuera

cynus, seu Principes eorum tantumodo Diabolos, et Satanas rabem per antonomasiam nuncupetur. Tam autem ex Angelis bonis, quam ex malis plures interiij, alijsque elementis commorantur. Ex his malos eos esse putamus, qui homines obsident, vel domos, aliave loca infestant, et multimodis fraudibus miseros mortales illudunt. Nos Saepe legere universos eisdem nominibus Satanae, vel Daemonij, vel Diaboli, vel Spiritus immundi, vel Spiritus nequam, vel Angeli mali, vel huiusmodi consueuerunt appellare. Veteres Ethnici Genios vocauere, uocc Arabicę consimili. Neque uerò Hebrei, neque Arabes possunt ullam legitimam huiusmodi Geniorum, quales ipsi fingunt, originem ostendere. Communis Arabum opinio est, illos ex Coitu, seu Diabolo natos fuisse. Verum uxorem, ex qua eos susceperit non assignant. Audiui à quodam Arabe, esse inter eos opinionem, ex eiusdem Diaboli coxij, seu inguinibus utroque sexu prędicij, illos ortos fuisse. Sed fabulam tam absurdam ab Arabibus fide dignis facere, nix mihi possum persuadere. Vt uerò ad Hebreos ueniam, hi huiusmodi Genios ⸗'⸗ uocant: nimirum uastatores, ac perditores: eosque merito: nam cum sint Spiritus Deo rebelles, et hominibus hostes, nihil aliud intendunt, quam eosdem in aeternum perdere. Maledictę sex proprietates illis tribuunt: alij, sublatum ab una extremitate Mundi ad alteram, et futurorum scientiam:

scientiam: in his cum Angelis conueniunt. Sum come-
dere, et bibere, gignere, et multiplicari, et mori; in qui-
bus cum hominibus assimilantur conuiuantur. Hæc Thalmudistæ
omninò è cerebro suo; ex quo etiam confingunt,
eosdem Adami filios fuisse. Ducent enim pecentum,
ac triginta primos annos, quibus Adam à Deo re-
iectus, atque ut ita dicam excommunicatus, uixit se-
paratus ab Heua, genuisse Spiritus, Dæmones,
et Spectra nocturna. Dicit R. Salomon, Dæmones
istos ex Fornicatione, seu pollutione Adæ tempore
nocturno genitos fuisse, dum esset sub anathemate
ab Heua diuortij. R. Simon, centum
illis, ac triginta annis Adam genuisse hos Genios
ex alijs Genijs femininis: Heuam verò item alios ge-
nuisse ex alijs Genijs masculis. Verum quærendum
est, undenam eruperint Genij illi masculi, et femine
ex quibus Adam, et Heua alios Genios procreauere.
Nullus, qui non sit prorsus stipes aut fungus, non ui-
det hæc esse deliria, meraque ineptias. Certum
igitur est, nullos alios Genios, seu Spiritus repentes,
quam Spiritus illos, seu Dæmones, qui Deo decreti-
ad ignem æternum sunt destinati, licet interim plures
ex illis in terris commorentur, nihil aliud curantes,
aut satagentes, quam homines decipere, ue-
xare, secumque in æternam ruinam pertrahere.
Talis nobis eos Sacræ Literæ repræsentant: nec quidquam
de his, quæ Mahumetani, et Hebræi confingunt, præsertim

Ql. 11.

De comestione, generatione, pœnitentia, morte, et huiusmodi insanijs, in illis vesenimus.*

† quamobrem manifestissimè apparet uanitas eorum qui refert impostor de illij Ni è Cœlis per flammarum iaculationem post aduentum Mahumetanis exquirendum: quomodo nimirum tam auditus hi Genij fuerint, uel eam longas aurieulas habuerint, ut ab imo orbe Cœsti, Angelorum, qui supremo in Cœlo morantur, colloquia, uel uoces audire potuerint. Constat enim inter sapientiores Astrologos, ab uno orbe Cœsti ad alium multas millianiorum myriades esse: et ab imo ad summum, immensum pene spatium intereedere. Porrò si nos consideremus Genios ut homines, sicut Angelos: eam homo, quam Angelus habet sphæram limitatam suarum operationum: quamobrem impossibile est auditum Geniorum ab imo Cœlo ad supremum se se extendere. Neque dicas nos Genios per supremi orbis vim aut arcana Angelorum colloquia audire posse: nam in alijs etiam in feonibus Cœlis eos ad hoc idem resedisse, fatentur ijdem Genij apud Ahmedum Abulcheranum, uulgò Albachanium in libro الانوار العلوية, stellarum fixarum. Audi illos loquentes: لقد كنا نصعد الى السموات السبع ونسترق السمع الى ان بعث المسيح ابن مريم فطردنا من اربع سموات فلما كان في هذه الايام طردنا من السموات كلها. Iam quidem ascendebamus ad supremum Cœlos ad furtiuam audiendam

a. in Cœlestibus assidentes, clanculum aurieulis exeipiebant: et de tota illa fabula eiectionis eorum de uibicubus, quimeris; unde quæ alibi dicta sunt. Hic unum superest ad Cœlestium confirmandi fidem Mahumetanis exquirendum: quomodo nimirum tam auditus hi Genij fuerint, uel eam longas aurieulas habuerint, ut ab imo orbe Cœsti, Angelorum, qui supremo in Cœlo morantur, colloquia, uel uoces audire potuerint. Constat enim inter sapientiores Astrologos, ab uno orbe Cœsti ad alium multas millianiorum myriades esse: et ab imo ad summum, immensum pene spatium intereedere. Porrò si nos consideremus Genios ut homines, sicut Angelos: eam homo, quam Angelus habet sphæram limitatam suarum operationum: quamobrem impossibile est auditum Geniorum ab imo Cœlo ad supremum se se extendere. Neque dicas nos Genios per supremi orbis vim aut arcana Angelorum colloquia audire posse: nam in alijs etiam infeonibus Cœlis eos ad hoc idem resedisse, fatentur ijdem Genij apud Ahmedum Abulcheranum, uulgò Albachanium in libro الانوار العلوية, stellarum fixarum. Audi illos loquentes: لقد كنا نصعد الى السموات السبع ونسترق السمع الى ان بعث المسيح ابن مريم فطردنا من اربع سموات فلما كان في هذه الايام طردنا من السموات كلها. Iam quidem ascendebamus ad supremum Cœlos ad furtiuam audiendam

exeipiendas

exeipiendam, donec missus fuit Christus filius Mariæ: tunc enim ex quatuor Cœlis depulsi sumus. His verò diebus, in quibus sumus, eiecti fuimus ab omnibus Cœlis. Sermo est de diebus, quibus natus est Mahumetus.

B. Notandæ sunt in hac sura insulæ, importunæque transitiones à Genijs ad Meccanos, ab his ad Gratonia: ab Gratonijs iterum ad Genios: à Genijs iterum ad Meccanos. Quo reneam multos mutantem Proteo modo?

سورة المزمل مكيّة
تسع عشرة اية

SVRA LXXIII.
INVOLVTVS.

Meccana: commatum XIX.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. O Involute vestibus, sta in oratione nocte, præter paucum tempus illius.

2. Dimidium scilicet eius: aut diminue ex eo aliquantulum.

3. Aut adde super illud: et psalle Alcoranum psallendo.

4. Nos sanè conjecimus sagittæ dictum graue.
5. Certè exordium noctis fortius est ad prælendum, et rectius ad dicendum.
6. Vorò tibi in die est occupatio longa in negotijs.
7. Et memento nominis Domini tui: et separare à cæteris, ut naues illi, separando te.
8. Dominus Orientij, et Occidentis: non est Deus, nisi ipse. Accipe igitur eum in procuratorem.
9. Et patiens esto super id, quod dicunt contra te infideles: et separa te abeis separatione speciosa
12. nullum ostendens ex eij timorem.
10. Et relinque me, et eos, qui mendacij insimulant Aleuanum, prædicos opulentia: ego enim satis ero pro te aduersus illos: et sine eos, quietè uiuere aliquantulum.
11. Vorò apud nos sunt compedes graues, et ignis ardens.
12. Et cibus affligens guttur angustiam; et supplicium dolorificum.
13. Die quadam commouebitur terra, et montes: et erunt montes subijj conglomeratus, dissipatus.
14. Nos certè misimus ad uos Legatum, testem futurum contra uos in die Judicij; quemadmodum misimus ad Chamaonem Legatum.
15. Sed contumax fuit Chamao Legato: propterea punitimus eum pœna uehementi.
16. Quomodo ergo euitabitis, si feceritis infidelitatem,

quæ

quę induce puerię eanos, os magnitudinem timovis?
17. Cętùm discendum est in eo: est promissio eius
complendo.
18. Certè lęge est commonitio: qui ergo voluerit, easiet
ad Dominum suum iam.
19. Verò Dominus tuus scit, quòd tu stas adoran-
dum minus, quam duas tertias partes noctis, et per
dimidium eius, et per tertiam partem eius. Et quidam
ex eij qui sunt tecum, faciunt idem. Deus autem
mensurat noctem, et diem: et novit, quòd nequaquam
computabis eam Ti. non potestis servare computum
horarum eius]: Propterea benignius agit vobiscum.
Legite ergo id, quòd scriptum fuerit vobcij ex Alcorano.
Scit, quòd erunt ex vobcij infirmi: et alij peregrinati
sunt terram, ut procurent sibi victualia ex liberalitate Dei: et alij pugnatum sunt pro via Dei.
Legite ergo quod scriptum fuerit vobcij ex eodem Alcorano. Et state facite orationem, et pendite statutum censum: et fenerarmini Deo fœnus pulcrum.
Nam quod præmiseritis animabus vestris boni operis,
invenietis illud apud Deum: hoc erit melius, et maius
in mercede. Petite vero indulgentiam à Deo: nam
Deus est Indultor, Misericors

Nota

Arabica dictio المزمل, à qua inscribitur Sura, et quę habetur
in primo versu significat pognię inuolutum propriè scribtu

censentque Expositores reipsum esse المزمّل pro المتزمّل:
Mecana à plerisque inscribitur: quidam tamen malunt
esse Medinensem. Hij ultimum tantumodo versum,
qui incipit: Quid Dominus tuus, Medinæ traditum
fuisse. In versibus enumerandis insignis variestas re-
peritur: quidam enim de octo supra decem: quidam de decem
ad novem: quidam viginti: quidam septem supra viginti
enumerant. Sed numerus à me servatus, est com-
munior. Qui hanc suram legerit رفع الله العسر عنه فى
الدنيا و الاخرة: sufficet Deus ab eo omnem difficultatem
in hoc Mundo, et in seculo futuro.

1. Cinctute vestibus] Nimirum, ô Mahumetes.
Hic enim, ut ait Zelal, منه تلقّف بشبابه حين يجيء الوحي له خوفًا
لهيبته: inductus te vestibus qui eo tempore, quo
veniebat ei revelatio, ob timorem ex ea conceptum,
et reverentiam ipsius. Sed Zamchascenius aliter rem
narrat كان رسول الله ص نائمًا بالليل متزملاً فى قطيفة فنبّهه و نودى بما
يهجّن اليه الحالة التى كان عليها من التزمل فى قطيفة كما يفعل من لا
يهتمّ امر. Erat Propheta Mahumetus noctu dor-
miens vestibus inductus super culcitram holosericam:
et excitatus est, et audivit vocem exprobrantem sibi
delicias illas dormiendi super culcitram holosericam,
adeo otiosè, ac si nihil sibi esset negotij. Rem tamen
aliter rem ita narrat قيل كان متزملاً فى مرط لعايشة يصلى فهو على
هذا ليس بتهجين بل هو ثنا عليه: وعن عايشة انها سُئلت ما كانت تزميله قالت
كان مرطًا طوله اربع عشرة ذراعًا نصفه علىّ و انا نايمة وهو يصلى

Erat, cum Mahumetus
inductus

inuolutus esset in stragulo Aisę, orasse. Qua in re non reprehensionem, sed potius laudem meretur. Ipsa autē Aisa interrogata, quidnam esset id, quo Mahumetus inuoluebatur, respondit; fuisse stragulum longitudi-ne quatuordecim cubitorum, cuius meditatę ipsa se coopeniebat, ut dormiret, dum ille precibus uacabat

2. Aut diminue] . Autumat Zelal, hanc diminutionem e' dimidio importare الى الثلث, usque ad tertiam partem noctis. Additionem uerò الى الثلثين, usque ad duas tertias partes noctis

4. Dictum graue] . Exponit Zelal: قرانا مهيبا او شديدا لما فيه من التكاليف: Sententias Alcorani terribiles, seu uehementes, ob res difficiles, et graues, quę in illis continebantur.

5. Certè exordium noctis fortius est] . Explicat Zelal ناشئة الليل القيام بعد النوم هى اشدّ وطاء موافقة السمع للقلب على تفهم القران واقوم قيلا ابين قولا: Exordium noctis est, surrectio ad orandum post somnum; quę fortior est ad percipiendum, nimirum ad consensum animum cum corde pro intelligendo Alcorano; et rectior ad dicendum, idest ad melius distinguendum, et clarius proferendum id, quod dicitur: nempe ad melius mentę, et ore orandum. Ita pię exponunt Mosleni Impostoręs sui nugas, et ingenij, cum magis legitima uersiculi huius expositio esset: Certè in principio noctis maius robur, et uim habet homo ad feminas premendas, et sollicitandas, et ad clarioribus uerbis amores suos propalandos. Plus scilicet urgebat Mahumetū negocium mu-

literum, quàm orationis: et prius libidini satisfaciendum erat, quam pietati.

17. Et cibus asperens guttur angustiam] Arabice طعاماً ذو غصّةٍ: cibus habens expressionem gutturis. Ac huiusmodi cibo ira Dei: او الضريع او الغسلين او شوك من نار لا يخرج ولا ينزل، Et efficatur ex gutture: et hic est fructus arboris Zachum, vel Aharik, vel Sastin: vel sunt spine exigue, que neque sursum à gutture exeunt: neque deorsum descendunt. Infixe nimirum in gutture manent.

19. Deus autem mensurat] Sola vespertini huius vis in eo sita esse videtur, ut Mahumetus, et socij eius à prolixioribus precibus, et à sollicitudine compositarum horarum noctis eximantur. Nam ut refert Zelal. منهم من كان لا يدرى كم صلى من الليل وكم بقى منه فكان يقوم الليل كله احتياطاً. فقاموا حتى انتفخت اقدامهم سنة او اكثر فخفف عنهم: quidam ex ipsis nescientes, quotam partem noctis precibus impenderent, et quotam quieti, stabant noctem totam circumeuntes; adeo ut intumescerent pedes eorum per annum, aut plus. Propterea allevantur hic ab huiusmodi onere. Credat Judæus Apella: non ego.

Refutationes

1. Ad impietatem, et nequitiam suam cohonestandam, et ad rudiores, ac simpliciores facilius decipiendos, fingit Mahumetus, se precibus sacris nocturnas horas insumere, etiam ultra debitum, ita ut aliquali

moderationis

moderationis diuinitus præsenpte indigeat. Hic nimirum nos est scelestissimorum Cineijsum, sceleribus flagitijsque suis laruam alicuius pietatis, ac religionis induere, ne quales reuera sunt appareant, sed quales non sunt à populo existimentur. Vtinam et aliquibus ~~multis~~ ex Christianis (absit nomine) Cineijsibus hoc uitium non inhæreret.

2. Deo dum se pium, religiosumque ostentare impijssimus impostor satagit, ridiculum nugatorem detegit. Imò enim fingit, præcipi sibi à Deo preces per totam noctem: deinde exiguam illius partem somno condonari. At quænam est hæc pars exigua? dimidium noctis, uel duæ tertiæ partes illius. Ridiculum caput. Cygone dimidium rei, uel duæ tertiæ partes, sunt ﻗﻠﻴﻞ, parum, uel exiguum illius? atqui maiora etiam laxantur somni spatia in fine Surę, ubi leuiora ex Alcorano, pro soluendis precibus præcipiuntur, quę nimirum ad eiusmodi ouationem explendam sufficiant. Hoc nimirum est totam noctem ouare: uel exigua illius parte quieseere. Primò

3. Illud uerò, quod addit Celal, quosdam ex Mahumeti asseclis, nescientes quotam partem noctem precibus, quotam uerò somno impendendam, uel impendi sensi: noctem totam circumeundo transegisse, eodemq; tempore stando ouasse: ac prorsus tam enormibus pedes eorum insanuisse, quis nisi insanus credat! Atque non Alcorani, sed Expositoris illius uitio tribuenda sunt; quemadmodum etiam, quod Mahumetes ita laxo in cubili dormiret, et illius stragulū cubitos quatuordecim occuparet. Stabulo scilicet indigebat homo pecuinus, non cubili.

219

سورة المدثر مكية
خمس وخمسون اية

SVRA LXXIIII

COOPERTVS.

Meccana: commatum LV.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. O Cooperte:
2. Surge, et predica:
3. Et Dominum tuum magnifica:
4. Et uestimenta tua purifica:
5. Et abominationem fuge:
6. Et ne beneficus sis ut multiplices, plus recipiendo quam dedisti;
7. Et Dominum tuum patienter expecta.
8. Cum porro insonitum fuerit tuba.
9. Ille tunc temporis erit dies difficilis
10. Super infideles nequaquam facilis.
11. Sine me, et illum, quem creaui, solum:
12. Et tribui illi opes amplas.
13. Et filios testes [i. quorum testimonia cum plausu admittuntur]
14. Et planitiem substraui illi complanando [i. in cunctis felicem feci illum]

15. Insuper

15. Insuper sperat, quod aucturus sim illi felicitatem
16. Nequaquam tamen hoc erit: qui ipse esse est ig-
nis nostris contrarius.
17. Nec adigam illum ad ascendendum montem ignis
18. Quippe ipse excogitauit, et disposuit qui decet
contra Heoranum.
19. Sed occisus fuit T. maledictus fuit T quemadmodum
disposuit.
20. Cum occisus fuit quemadmodum disposuit.
21. Deinde respexit precipuos gentis sue.
22. Tum multum corrugauit, et tristitiam presentulit.
23. Deinde tergauertit, et in superbiam elatus est
24. Et dixit: a Non est hic Heoranus, nisi prestigiis
aliunde acceptum.
25. b Non est hic nisi dictum hominis.
26. Detrudam eum comburendum in Tartarum.
27. Et quid intelligere faciet te, quid sit Tartarus?
28. Nihil relinquit, et nihil dimittit, quin absumat
illud
29. Comburens "carnes hominum".
30. Super eum constituti sunt Angeli principes Dei
nouemdecim.
31. Et non posuimus Prefectos Ignis, nisi Angelos:
et non constituimus numerum eorum, nisi ad dignien-
dum schisma inter eos, qui sunt infideles: ut certi
essent ij, quibus datus fuit Liber T. Judei T de miraculis

a. Si "

b. Si !

c. homines."

Mahumeti : et augeventur ij, qui credidevunt, fide : et
ne dubitavent amplius de hoc illi, quibus datus fuit
Liber, et Fideles : et ut dicvent illi, quorum in cordibus
est morbus, et Infideles : Quidnam voluit Deus in
hoc numero a mystice significave ? Ita errare facit
a. parabolice
Deus, quem vult : et dirigit quem vult. Et non novit
exercitus Domini sui Ti. robur, et numerum præfectorum
a. cum
Gehennæ nisi ipse : et non est hic nempe Saqarus
nisi commonitis hominibus.

32. Ita est. Per Lunam,
33. Et noctem quando retrocedit.
34. Et Auroram quando nutilat.
35. Juro quod hic Saqarus est sanè una verum
gravissimarum.
36. Commonefaciens homines,
37. Sive eum, qui voluerit ex vobis præire ad præ-
mium : sive eum, qui voluerit retrò remanere
ad pœnam
38. Omnis anima pro eo quod operata fuit, op-
prægranda est in Gehenna.
39. Sed socij dextræ [i. boni]
40. In hortis interrogando exquirent à peccatoribus:
41. Quid induxit vos in Saqarum ?
42. Respondebunt : Non fuimus ex Orantibus,
43. Et non cibavimus pauperem,
44. Et inaniter discepabamus cum futilia per-

tractantibus

traetantibus

45. Et negauimus, ut falsum diem Judicij

46. Donec superuenit nobis certitudo [i. mors]

47. Neque uero prodent illis intercessio intercedentium.

48. Quid porro est ipsis, quod à commonitione sunt longè recedentes.

49. Quasi ipsi essent asini siluestres.

50. Qui fugiunt à Leone.

51. Atqui uellet quilibet uir ex ipsis, ut darentur sibi codices aperti à Deo, quibus ipsis præciperet, ut sequerentur Mahumetum

52. Minime est hoc. Atqui non timent seculum futurum.

53. Minime, inquam, est hoc: quippe hic sermonis est commonitio sufficiens:

54. Qui ergo uoluerit commoneri, commonefaciet eum.

55. Sed non commonefient, nisi uoluerit Deus. Ipse dignus est timore: et dignus est indulgentia [i. ipsi conuenit hominibus indulgere]

Nota

Inscriptio ex primo uersu desumpta, est المدثر pro المتدثر, id est Coopertus, seu inuolutus uestibus exterioribus*: nam الدثار, iuxta Zamchascenium est ما فوق الشعار, quod supra intimos uestes induitur. Sura Meccana censetur: et uersus quinque supra quinquaginta illi à posteriore

* Inepte more uno Hottingerus: Coopertus stratis:

tribuuntur. Zamehaseenius, aliique non inferioris notæ Authores, aserunt, hanc fuisse primam Suram, quæ revelata fuerit Mahumeto: communis tamen sententia adversatur, ut constat ex his Jahiæ verbis: قال جابر بن عبد الله هذه اول اية نزلت على النبى ص قال يحيى والعامة على ان اول ما نزل اقراء باسم ربك الذى خلق: Dixit Ziaber filius Abdalah: Hi fuerunt primi versus Prophetæ Mahumeto revelati. Dixit Jahiaj: Communis sententia est, prima verba revelata Mahumeto fuisse illa: Lege in nomine Domini tui, qui creavit. Quæ verba infra occurrent. Præmium lectoris erit من قراء سورة المدثر اعطاه الله عشر حسنات بعدد من صدقه وكذبه: Qui legerit Suram Coopserti: dabit illi Deus decem bona pro numero eorum, qui ut veraci Mahumeto crediderunt, et eorum, qui ut mendacem reiecerunt eum.

1. O Coopserte] Quam ob causam ita ve appellet Mahumetus, exponit Zamehaseenius ipsius Mahumeti verbis, qui ferun dixisse: كنت على جبل حراء فنوديت يا محمد انك رسول الله فنظرت عن يمينى ويسارى فلم ار شيا فنظرت فوقى فرايت شيا: وفى رواية عايشة فنظرت فوقى فاذا به قاعد على عرش بين السماء والارض يعنى الملك الذى ناداه فرعبت ورجعت الى خديجة فقلت دثروني دثروني فنزل جبراييل وقال يا ايها المدثر: Cum supra montem Hora, et audivi dicentem mihi: O Mahumete, certè tu es Legatus Dei. Et respexi ad dexteram meam, et ad sinistram meam, et nihil vidi. Et aspexi supra me, et vidi nescio quid. (Vel ut habetur ex relatione Aiæ) et vidi sedentem super thronum inter Cælum, et terram

et terram (hic erat Angelus, qui vocaverat eum): et tremefactus, reversus sum ad Gadigen, et dixi: Cooperite me; cooperite me (Aliqui addunt وصبّوا علىّ ماءً باردًا: et effundite super me aquam frigidam). Et tunc descendit Gabriel, et dixit ei: Cooperte. Ex alio vero relatione hæc habet idem Author: وقيل سمع من قريش ما كرهه فاغتمّ فتغطى بثوبه مفكرًا كما يفعل المغموم فأمر ان لا تذاع انذارهم. Dicunt alij, illum audivisse à Covaivisij contra se verba, quæ ipsi valdè displicuerunt. Quamobrem mœstitia oppressus, cooperuit se pallio suo, eoque involutus, sedebat cogitabundus, in morem hominij solicitudine, ac mœrore pleni. Tunc verò Gabriel præcepit ei, ut surgeret, et Covaivisij minitabundus prædicaret. Verùm hæc omnia figmenta sunt ad veritatem obscurandam, et fabulis involvendam. Constat enim, Mahumetum epileptico morbo, vel ut demoniaco correpti consuevisse: et tunc temporis iacebat, se vestibus, seu stragulij cooperiri; simulque sibi à Gabriele aveana cælestia revelari. Hoc semper fuit apud omnes tam veteres, quam recentes mortales cæcos, et fraditum, et creditum, quidquid Mortemi nugentur.

5. Et abominationem fuge] Vox Arabica الرجز, id est abominatio, exponitur hic communiter de Mortemij pro Dolorum cultu: ita enim ferunt Mahumetum ipsum exposuisse. Gelal: فسّره النبى ﷺ بالاوثان.

Exposuit eam Prophetæ Mahumetus pro Dolis. Jahiay; الرجز فاهجر الاوثان لا تعبدها. Abominationem fuge: idest: Dolos ne colito. Eodem modo Zamchascenius, et cæteri, quos audiverè sequitur

11. Sine me, et illum, quem creavi solum] Dest, sine ut veniat ad me in iudicium solus, et omnibus opibus, filijsque suij spoliatus. Putant Zamchascenius, et alij hic Mahumetum mordere الوليد ابن المغيرة, Validum filium Mogheiræ hostem suum infensissimum, cumque perpetuus habuit simultates: et qui ob magnam felicitatem vocabatur à suij الوحيد Unicus, seu Solus

19. Sed occisus est, quemadmodum disposuit] Verbum Arabicum قُتِلَ occisus est, exponitur à Delabe لُعِنَ وعُذِّبَ: maledictus, et punitus fuit. Sed forta sse melius audiemus pretensum sensum, pro imperativo execratorio, ut alias mos est: occidatur, seu maledicatur, ac puniatur. Illudverò, quod additur: quemadmodum disposuit, exponitur ab eodem Authore: iuxta malitiam prauæ cogitationis cordij sui contra Alcoranum, et Mahumetum.

24. Aliunde accepisum] Nempe ab alijs Magis, et Præstigiatoribus, vel potius à Judæis, et Christianis.

31. Crederti essent ij, quibus datus fuit liber] Explicat Delal اى اليهود صدق النبى فى كونهم سبعة عشر الموافق لما فى كتابهم Nimirum Judæi credi essent de veracitate Mahumeti, dum asserebat Angelos præfectos Gehennæ esse novemdecim,

eum

cum hoc ipsum conforme esset illi, quod in sacris ipsorũ libris continebatur

Refutationes

1. Dissimulant Mostemi veram causam, cur Mahumetus frequenter vestibus se, ac stragulis cooperiri, atque aqua perfundi iubevet; Neque enim erat cur ob id, quod in monte Hori se vidisse fingebat, vel ob camelias à Cavaisitis acceptas, hoc exigeret: sed ut iam dixi, ita epileptico morbo, vel mania frequenter laborabat, ut ad deformes multos, totiusq; corporis motus celandos, huiusmodi vestium, ac stragulorum remedijs uteretur. Hoc idem faciunt hodie illi, qui inter Mahumetanos religiosiores, ac sanctiores habentur, dum post longam corporis agitationem in terram prolapsi, à spiritu nescio quo prophetię corripi se fingunt. Prophetam scilicet sui imitantur.

2. Ex suo ipsius testimonio ostendit, qualis fuerit hoc tempore Mahumetus, cui opus fuerit precipere à Deo, ut Dolorum cultum, quem merito abominationem vocat, refugeret; quippequi adhuc Idololatriam sequeretur. Conatur Celal Prophetam suum ab hoc crimine vindicare, accipiendo v.g. 1 fuge, pro v.g. 3 pr: perseuera in fuga illius, nempe Idololatriæ: aliud enim est aliquid facere; et aliud perseuerare in eo faciendo. Porrò Mahumetum usque ad quadragesimum circiter ętatis annum, quo dum esset in monte

Hoc, finxit se ad prophetię, et Apostolatus munus
accepisse, Dogma edidisse, aperte in illius vita, in digres-
sione 5. secundi, demonstrauimus †. Hinc fortasse quidam
magnę authoritatis Authores inter Mosle mos sensere
hanc fuisse primam Sauam Mahumeto traditam,
quando scilicet à plurium deorum cultu se recessisse
vulgauit.

† vid. ibi plura.

3. Dedecet omnino Legislatorem, qualem se fuit Maho-
metus, Satyrici personam induere, et commatibus ini-
micos suos priuatos, suppresso nomine, appetere. Id
tamen fecit Mahumetus hic, et alibi contra Valdum
filium Mogheive, et alios ex Meccanis sibi infensos.

4. Iterum obtrudit commentum de Angelis Zekenne,
prefectis, quod iam supra veiecimus: nullum quippe
de huiusmodi Angelis, eorumque numero in Sacris
Literis verbum reperiatur. Et nihilominus adeo im-
pudens est Mahumetus, ut non vereatur, testes
insanię sue Iudeos accersere, quasi ipsi cum eo vellent
insanire. Sed nunquam mihi persuadebo, Iudeos in hoc
illi testimonium suum commodaturos: nisi forte,
ut eidem assententur, velint impudenter mentiri.

5. Iterum Deo impium, ac superstitiosum tribuit
iuramentum. Quis enim impietatis, ac superstitio-
nis non condemnet eum, quem per noctis recessum,
vel per Aurore crepusculum iurantem audiat, pre-
sertim si hic in re minime dubia, cuncteque
notissima, qualis est, Sauaram, seu Zekennam

vem

vem esse grauissimam, iuramentum adhibeat.

6. Iustè exigebant Iudęi, uel Mecęani Diuinum aliquod librum, ob cuius authoritatem ęqui deberent Mahumetum, et euedere in Hebraeum. Atqui is nullus erat: quamobrem meritò vtrumque reiiciebat. Cuius certè, eiusque Euangelium fidem sibi * vendicare ex libro id a Deo traditorum, Pentateuchi scilicet, et Prophetarum testimonio: quod nec Mahumeto conuenit, nec Hebraeo, ut ipsè demonstrauimus. Quòd si Mosleni obijciant, Pentateuchum, ac Moysen, nullius præcedentis sibi diuinitus reuelati, testimonium habuisse: facilè respondebimus; Deum ipsum inauditis prodigijs, ac portentis, fidem illis Diuinam sufficientèr conciliasse, vt nullus posset rationabiliter eorum ueritatem, ueracitatemq. negare. Hoc uerò neque de Hebraeo, neque de Mahumeto quisquam dixerit sine manifestissimo mendacio affirmauerit.

* comparauerunt etiam

7. Cum instaret Mahumetus, credendum esse Hebraeo suo, eo quod sine vllius Diuini libri testimonio, satis ex ipso fidem meueretur, et sufficiens esset ad homines commouendos, et in religione recta instruendos: ex alia uerò parte obstinatam Iudaeum contradictionem uideret: concludit, neminem posse ab Hebraeo commoneri, nisi uoluerit Deus. Circa quem loquendi modum, uide, quę alibi fusè disseruimus.

* 229

سورة القيمة مكيّة
اربعون اية

SVRA LXXV.

RESVRRECTIO.

Meccana: commatum XL.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Non *iuro per diem Resurrectionis.*
2. *Et non iuro per animam vituperantem se ipsam,*
quamuis benefaciat.
3. *An existimat homo, quod non colligturi simus ossa*
eius [i. simul unituri ea]?
4. *Vtique colligemus; potentes adhoc, ut coaequemus*
digitos eius [i. restituamus eos cum aequa proportione.]
5. *Atqui mult homo negare id, quod est coram se.*
6. *Interrogat: Quandonam erit dies Resurrectionis?*
7. *Porro cum perstrictus fuerit oculus, intuens id,*
quod negabat.
8. *Et eclypsata fuerit Luna.*
9. *Et simul coniuncti fuerint Sol, et Luna:*
10. *Dicet homo die illa: Vbi erit effugium?*
11. *Nequaquam: non erit effugium illum.*
12. *Ad Dominum tuum die illa erit constitutio [i.*

omnes

[l. omnes stabunt ante illum]

13. Enarrabitur homini die illa id, quod præmiserit:

14. Et id, quod postea fecerit [l. operabitur prima, et novissima].

15. Imò homo erit contra animam suam restis oculatus.

16. Et licet opponat excusationes suas, non admittentur.

17. Ne modas in eo linguam tuam, ut acceleres in te [l. ne nimis acceleres linguam in legendo Alcorani: quippe nostrum erit colligere illum in pectore suo; et legere illum [l. dare cum lingua sua legendi illum]].

18. Cum autem legerimus illum tibi per Gabrielem recitare lectionem eius.

19. Deinde pourò nostrum erit declarare eum tibi.

20. Ita est. Ne cos diligitis vitam mundanam celeriter transeuntem.

21. Et relinquitis vitam novissimam.

22. Vultus aliquorum erunt die illa nitentes

23. Ad Dominum suum respicientes.

24. Vultus verò aliorum erunt die illa mœstè corrugati.

25. * Putabunt, quod faciendum sit contra se magnum malum.

26. Ita erit. Cum pervenerit anima ad fauces.

27. Et dicetur à circumstantibus: Quis erit [a] fascinum [.....] asserens [l. potionem incantatam, ut convalescat]?

Jn[illegible] transitio.

nulla connexio

* Potest etiã vbi: Putabunt, quod faciendo esset contra ipsos magnũ malum

a. pharmacum [.....]

28. Et existimauerit, illam esse separationem ab hoc Mundo.

29. Et coniunxerit se cum eumeruce.

30. At Dominum tuum dic illa eius seductis animis

31. Verò non credidit homo, neque orauit.

32. Sed mendacij insimulauit Deo eius, et auctus se à fide.

33. Tum abijt ad familiam suam, cum fastu incedens.

34. Proximum est tibi id, quod non uelles: proximum, inquam, est.

35. Iterum dico proximum est tibi, proximum, inquã, est.

36. An existimat homo, quod relinquendus sit Liber, ac solutus, sine ullis legibus.

37. Nonne fuit homo exiguus humor ex sperma, quod spermatizatur [i. effunditur in uuluam]

38 Deinde fuit sanguis coagulatus: creauitq; Deus ex eo hominẽ et conformauit equaliter. [i. cum iusta proportione]

39. Et posuit ex eo duos coniuges; masculum, et fœminam.

40. Nonne ille, qui fecit hæc, potens est ad hoc, ut uiuificet mortuos?

Note

Epigraphe est القيمة, Resurrectio, quo nox habetur in primo uersu, et respondet materiæ; de qua hic agitur, nempe de Resurrectione mortuorum, quamuis alia etiam extra rem propositam intermiscentur. Sura Meccana est, illique uersus quadraginta octo communiter tribuuntur: quamuis nonnulli pauciores recenseant.

Pramiũ

Premium Lector promittit Mahumetus his verbis: من قراء سورة القيمه شهدت له انا وجبرايل يوم القيمة انه كان مومنا به.
Qui legerit Suram Resurrectionis, testis ero ego una cum Gabriele illi in die Resurrectionis, quod ipse crediderit in eum: videlicet diem Resurrectionis, ut habet Zamchascerius.

1. Non iuro]. In hoc etiam, et in sequenti versu, quem-admodum alibi, volunt Expositores, particulam negativam Non, iuramento superponi, redundare, atque esse superfluam. Iam supra proposui, quid circa hoc mihi videretur. * Hic addo, suspicari me, huiusmodi particulam, supponere aliquid iam antea fabi a pueris ab infidelibus, quibus Mahumetus respondeat, Non, idest: non est ita, ut vos dicitis: et deinde iuret de contrario illius, quod illi asserebant. Nec tamen adhuc apparet, quis iuret, vel Deus, vel Mahumetus. Subintelligi tale, subintelligi لتبعثن, nos omnino observe suscitandos.

* Ita sentit Zamchascerius: وقيل ان لا نفي للكلام وارد له قبل القسم كانهم انكروا البعث فقيل لا واى ليس الامر على ما ذكرتم ثم قيل اقسم بيوم القيمة
quida dicunt Non, negare sermonem precedentem de iuramento: quasi ipsi negarent resurrectionem: et respondeatur eis: Non: idest: Non est ita ut vos dicitis. Deinde subdit: Juro per diem Resurrectionis

4. Potentes ad hoc, ut coequemus digitos eius] Idest cum potentiam habeamus ad restituendos digitos eius, sicuti ante fuerant: multoque magis ad maiora membra restituenda. Ita Zelal.

5. Id, quod ei coram se] idest id quod illi evidenter ostenditur.

9. Et simul coniuncti fuerint Sol, et Luna] Ita ut, quemadmodum credunt Mosleimi, Sol oriatur ab Occidente: Luna vero ab Oriente.

17. *Ne moueas in eo linguam tuam.* Cyprianus Gelab:
لاتحرك بالقرات قبل فراغ جبرايل منه لسانك لتعجل به خوف ان ينفلت منك ان
علينا جمعه فى صدرك وقراتك اياه اي جريانه على لسانك فاذا قراناه عليك
بقراة جبرايل فاتبع قراته اى استمع قرانه فكان رسول الله ص يستمع ثم يقرؤه.
Ne moueas in Alcorano legendo, seu repetendo, linguam tuam, antequam absoluerit Gabriel uerba eius, ut accelores eum, & timorem, ne ille audiet à te: nam nostrum est colligere eum in pectore tuo (id est rediges eum tibi & tutum in memoriam): et legere eum tibi: id est facere, ut lingua tua facile proferas eum. Cum autem legerimus eum tibi per Gabrielem, requiret lectionem eius: id est attentè prius audi quod ipse legit (ut scilicet rectè repetas illud). Itaque Mahumetus audiebat prius lectionem Gabrielis: deinde recitabat, seu repetebat illam. Nimirum sicut puer sub pedagogo, repetebat uerba lecta à Gabriele: et timens, ne Gabriel abscederet, antequam ipse totum repetisset, ac propterea aliquid memoriâ excideret, nimis accelerabat linguam, et confundebat uerba sua cum uerbis Gabrielis. Vah nugas! Admirare porrò hîc Lectorem Diuinam illam, quam adeo iactant Mosleми, Alcorani connexionem.
Quid, ouo, lege cum precedentibus, et sequentibus.
19. *Et coniunxeris te cum eruet.* Notat actum naturalem morientium, dum eruca extendunt, simulque coniungunt.
31. *Porrò non credidit.* Quę Gelal putat hîc dici de homine

de homine malo, et impio in communi: Iahias, et alij censent esse commasta, et sarcasmata in obloquendum infensissimum Mahumeto, quantumuis sanguine coniunctum.

Refutationes

1. Quod Deus iuret per diem Resurrectionij est contra omnem rationem, ut alibi ostendimus in huiusmodi iuramentis, que Deo impie in Alcorano tribuuntur. Multò uerò magis absurdum est, Deum iurare per animam اللوامة, idest uehementer culpantem, ac reprehendentem se ipsam: ut plerique exponunt, quamuis in bene faciendo se se studiosè exerceat, ut glossat Celal: Nec per animam fidelem, que in die Iudicij culpabit, et redarguet infidelem: sicue per animam Ae, que se ipsam assiduè culpabat, ac reprehendebat ob admissam primam culpam, ut exponit Zamchascenius. Nefarium enim est uel cogitare, quod Deus iuret per animam etiam innocentem, nedum peccatis, et culpis maculatam: iurauit enim Deus per creaturam suam. Quid uerò non videas, cum audias Deum iurare per diem Resurrectionij, futurum esse diem Resurrectionis? Nemo quippe iurat nisi ad asserendam aliquam rem dubiam, et incertam, per aliquid, quod sit saltem magis euidens, et certum eo, quod iuratur. Iurare uerò per diem Resurrectionij, futurum esse

diem Resurrectionis, est iurare idem per idem, et incertum per incertum: non secus, ac si cum dubitarem, verum aliquod esset os Dini Petri: iurares mihi alius per hoc os Dini Petri, hoc esse os Dini Petri.

2. Introducitur Deus probare potentem se esse ad simul colligenda, et uniенda ossa hominis mortui, quia potens est ad coequandos, siue in integrum restituendos digitos eius. Si enim, inquis Celsi, exigua digitorum ossa, potest Deus restituere: multò magis grandiora corporis ossa potest reintegrare. Quantum ualeat hoc argumentum, nemo non uidet: idem enim est, ac si dicas: Potest qui pingere in tabula exigua paruam imaginem: ergo multò magis potest pingere magnam in magna. Mihi uero uidetur aliqua maior potentia requiri ad restituenda, et carne uestienda ossa maiorum membrorum, ut eruarum, brachiorum, et capitis, quam digitorum. Et uerò utrique modo facilè esse certum est.

*humano modo loquendo

3. Iam supra notaui importunam, ac ridiculam transitionem, seu digressionem à uersu 16. ad 17. itemque à 19. ad 20. et à 21. ad 22. Itaut insani alicuius, et amentis sermoni assimilentur: et ita inter se cohæreant, ut ligna, et lapides, uel ferrum, et stupa. Illud uero nisum mouet, quod de Mahumeto Gabrielis Lectionem, tanquam pueri Pædagogi, reiecerit reiecerit. Hinc apparet, Mahumetum nullum Alcoranum apud se habuisse.

4. Postremò si Mahumetus à trigesimo primo

uersu

uersu, iuxta explicationem Celalis, et aliorum, Abuge-
delum cognatum suum, quamuis sibi infensum, mor-
det, ac laceret; consanguinitatis leges prorsus trans-
greditur; et ut supra notaui, satyristam se, non Legis-
latorem demonstrat

سورة الانسان مكيّة
احدى وثلثون اية

SVRA LXXVI

HOMO.

Meccana: commatum XXXI.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. An uenit super Hominem tempus ex æculo [illegible] longus
needum
tempus?: ~~nondum~~ fuit circa eum facta res memorabilis.

2. Nos certè creauimus hominem ex spermate com-
mixto uiri, et fœminæ, ut probaremus illum utraque
fortuna: et fecimus eum audientem, uidentem.

3. Nos certè direximus eum in uiam rectam, siue
gratum, siue ingratum futurum.

4. Nos certè præparauimus Infidelibus catenas, et
uincula, et flammas, et ignem ardentem.

5. Porrò Iusti bibent ex calice uini, cui commixtio

diuj ex aqua Cephisi,
6. Fontij, ex quo bibens seruit Dei: fluuere faciens
eum, fluuere faciendo [l. deducendo quocunque placuerit]
7. Complebant, dum uiuerent, uota: et timebant
diem, cuius matum erat late spargendum [l. diem
Iudicij]
8. Et cibabant cibo super amore eius [l. qui ipsis
erat gratus] pauperem, et orfanum, et uiduam.
9. Dicentes: Certe cibamus uos propter faciem Dei
[l. propter premij à Deo]: nolumus à uobis retributio-
nem, neque gratiarum reditum
10. Nos certe timemus a Domino nostro diem co-
ruscantem faciei, calamitosam.
11. Et propterea liberauit eos Deus à malo illius diei;
et coniecit in eos lucem decoram multam, et splendidam:
12. Et uehibuit eis, eo quod patientes fuerint, hor-
tum, et uestem seruarent.
13. Recumbentes erant in eo super lectulos, pomis-
cij: non uidebant in eo solem, neque lunam
[l. non experientur calorem, neque frigus]
14. Et circum erant super eos umbre arborum illius:
et demittentur poma earum demittendo [l. demitt-
rent se se rami, ut facilius poma carpantur]
15. Et circumferebantur illis uasa ex argento, et
crateres sine ansis, qui erant sicut cyathi uitrei:
16 + * Cyathi uitrei ex argento: mensurabunt eos mensuran-
do ea mensura, que placuerit bibentibus.

16. Et

17
16. Et potabuntur in eodem horreo calice uini : erit
mixtio eius zangebil, qui est
18 17. Fons in eo, qui nominatur Salsabil.
19 18. Et ibunt in girum circa illos pueri perpetuandi
in flore etatis. Cum uideris eos, existimabis eos mar-
garitas sparsas.
20 19. Et cum uideris, ibi a uidebis delicias *, et Regnum a. deinde
21 * 21
magnum.
22 20. Super eos erunt uestes serici uiridis subtilioris,
et serici crassioris : et ornabuntur armillis ex argento :
et potabit eos Dominus ipsorum potu purissimo.
23. Certe hoc est uobis aduemunerationem : et est
studium uestrum gratitudine compensatum.
24 22. Profecto nos demisimus super te Alcoranum,
demittendo illum per partes, non totum simul. Pa-
tienter ergo expecta iudicium Domini tui, et ne
obedias ulli ex eis iniquo, infideli.
25. Et memento nominis Domini tui mane, et
uespere.
26. Et ex nocte, adora eum, et lauda eum per
noctem longam [i. per longam partem eius]
27. Certe illi diligunt uitam citò transeuntem :
et relinquunt post se diem grauem [i. diem Iudicij]
28. Nos creauimus eos, et roborauimus compages
eorum : et cum uoluerimus, substituemus alios
b sicut illos " substituendo.
29 Certe hæc est commonitio. Quicunque uoluerit b. similes illi

*239 aurispice ad Dominum viam meam.

30 26. Deo non adjicij, nisi voluerit Deus: quippe
Deus est Sciens, Sapiens. *Introducet quem voluerit
*31 in misericordiam suam: sed iniquis preparavit
pœnam discutientem

Nota

Insenibitur à plerisque hæc Sura الانسان, Homo: à
nonnullis الدهر, Sæculum: ab alijs هل اتى, Anuenit:
quæ omnes dictiones in prima uersu continentur. Qui-
dam uolunt esse Meccanam: quidam Medinensem.
Celal ponit مكية او مدنية, Meccanam, aut Medinensem.
Ita Expositores sunt inter se dissiti, ac disputi.
Quomodo uero ita è tripode pronunciant, talem
uersum traditum fuisse ante talem, uel post eum:
uel datum fuisse in tali euentu, uel casu; si ne
sciunt quidem, ubi, uel quando Sura tradita fuerit.
Versus communiter triginta, et unus asseruntur:
sed nullus Codex cum alijs in eorum distinctione,
uel enumeratione consentit. De præmio Lectorij
hæc habe: من قراء سورة هل اتى كان جزؤه حقًا على الله جنة وحريرا.
Qui legerit Suram Anuenit, erit præmium eius
illi debitum à Deo, horrus, et uestis sericæ.

1. An uenit super hominem]. Exponit Celal
هل قد اتى على الانسان ادم حين من الدهر اربعون سنة لم يكن فيه شيئا مذكورا
كان فيه مصورا من طين لم يذكر: او المراد بالانسان الجنس والحين مدة الحمل.
An iam uenerat super hominem, idest super Adam

tempus

tempus ex seculo, nempe quadraginta anni, neque apparuerat in eo quidquam memoria dignum: erat enim figmentum formatum ex luto, deque nulla mentio fiebat. Vel serme est de homine in genere: et pro tempore ex seculo, seu diuturno tempore, intelligitur totus illud spatium, quo in utero materno gestatur.

5. Cauthur] Arabice كافور, est, ut hic ibidem habetur, unus ex fontibus Paradisi, et ut scribit Zelal تمزج الخمر بها, aqua illius vinum a Beatis commiscetur, vel temperatur.

6. Fluere faciunt eum.] Zelal: يقودونها حيث شاؤا من منازلهم Deducent eum quo voluerint ad domicilia sua.

13. Neque Cunam] Vox Arabica زمكي, propriè significat magnum ficus. Hic tamen pro cuna quibusdam exponitur, quippe quæ ficorum cauda habeatur.

16. Zangebil] Vulgò Zinziber, vel Zingiber. Ita vocatur hic fons, quia sapor aquæ eius est similis Zinziberi. Hinc Zelal: ان ماءها كالزنجبيل الذى يستلذ به العرب سهل المساغ فى الحلق. Aqua eius est instar Zangebil, quo Arabes maximè delectantur, quia facilè fluit per guttur., idest facilitat cursum ijs, quæ comeduntur, vel bibuntur, per guttur. Cur autem hic fons vocetur سلسبيل, Salsabil: fortè causa est vehemens impetus illius: interpretatur enim Jahia hanc vocem الشديدة الجرى vehemens cursu.

19. Ibi] Quidam legunt ثمّ ibi: quidam ثمّ, tum, Rinda.

10. Festeo veneti colouiõ Arabice سندس, exponitur uestis serica leuior, quę defertur supra استبرق, quę est uestis item serica contexta auro, sed crassior; et hęc subter illam induitur. Alij tamen oppositum sentiunt. Gelal: استبرق ما غلظ من الديباج فهو البطائن والسندس الظهائر: Estebrac est uestis crassior auro serica contexta (forte broccato) et defertur interius: Sondos autem est uestis serica leuior, quę defertur exterius.

Refutationes

1. Si standum sit expositioni Gelalis, quę communis est egregijs Sapientibus Mortemij, et à Mahometanis indubitanter receptus: nimirum Simum illum, ex quo Deus Adam formauit, in humanam figuram redactum, et ad solis radios exsectum, et exsiccatum; per quadraginta annorum spatium sine spiritu, uitaque uelitum fuisse: deprehenderetur in Alcorano apertissimum mendacium. Statim enim ac Deus Simum illum in corpus humanum conformauit, inspiranit in illud spiraculum uitę, quemadmodum habetur in Genesi cap. 2, et factus est homo in animam uiuentem. Hoc uero totum eadem die, nempe feria sexta factum fuisse, ex eodem Genesis apertissimè constat. Douro' qui ad Alcoranum exeundum, uerba illius ad tempus, in quo infans est in utero matris detorquent, nullo modo admitti possunt, nam الدهر inter longissimum tempus significat, quod certè dici non potest esse spatium nouem men-

sium

sium, in quibus homo intra materna uiscera continetur.

2. Quis non rideat, dum legit in Alcorano, hominibus iustis nullam aliam bonorum operum mercedem, in futuro seculo, quam horum, et seniam uestem ipse reddendam? Atqui alia etiam pretereà lege mox addunturs, nempe mensæ, calices, pueri, umbræ arborum, fontes, aquæ adminum sempiternandum, seniæ uestes subtiliores, et crassiores, et huiusmodi quisquilie; in quibus tamen nullus cordatus uerum aliquam reponet unquam felicitatem. Vnum tantùm à Mosleme hic libet requirere: cur nimirum, si supernus non semel dixit Mahumetus, uina Lauadisi neque caput dolere, neque mentem perturbare; uelit ibi esse fontes aquæ, nempe Cafur et Zangebil, seu Salsabil, ad eadem uina dilumenda, ac temperanda. Respondebunt, opinor, aquas illas habere nescio quid dotis, uel saporis, ex quo uina gratiora, ac suauiora reddantur. Sapit Mahumetus. Verum' cum poma exarboribus Lauadisi se se ultrò demittant, ita ut Beati possint illa carpere etiam sedentes, ac iacentes, ad quodlibet uel minimum incommodum in ijs colligendis euitandum: et ob hanc eandem causam aduersi per aëra uolitantes in eorum manibus se coctas reponant, si quando ab ijsdis appetantur; ne in ijsdem uenandis, deglutiendis, et coquendis

laborem insumere cogantur: et demum cyathi vini ansis illis apponantur, ut liberius, et sine labore apprehendendarum ansarum, ex quacunque parte libeat, bibere possint: cur non potevant illis exlibeat una cum omni illo sapore, et odore, quem fideles (qualem fuisse Hebreorum mannam in deserto ex scripturis habemus) ne in hauriendo aqua è fontibus Cyprus, et Salsabil, aque cum vino commiscenda laborare cogeventur? respondebuns, ut puto, fontes ipsos ad eorum nutum venire, et in calicibus una cum vino aquam suam, pro voluntate bibentium immiscere. At nihilominus contra Philosophorum effatum, frustra fiet per pluva, quod per pauciora fieri potevat. * Hæ tres causæ dictæ sunt.

B. Quod dicitur: Cum qui voluerit, ad epulum esse vocatum ad Dominum suum: recte omninò dicitur. Unusquisque enim liberum habet arbitrium, quo possit benè operari, et ad Deum se convertere, si velit. Sed quod additur: neminem posse hoc, nisi Deus velit, licet possit sano modo explicari: iuxta doctrinam tamen Mahumeti, et Mahumetanorum, manifestum continet errorem. Ponit enim necessitatem, immò coactionem in voluntate hominis, ita ut non sit liber ad operandum, sed cogatur operari quod Deus voluerit. Et quamvis non omnes Mahumetani in hoc conveniant: importunum tamen videtur, quod dum Mahumetus asserit

* Erant etiam multa pervigilia in vita vestes illas serius lini-ores ac subtiliores et crassiores. Vtiliter in Paradiso estivi calores, et hiberna frigora aliqua vestium mutatione requirant: an vero simul ad omnem utramque vestis utendi. Certè apud nos ridiculè esset si lanea quis extivali tunica indutus, pallio veneziano superinduitur. Sed hæ tres causæ dictæ sint.

sent, posse homines bene operari si velint, nemi-
nem autem operi adamen non posse ipsos velle,
si Deus non velit. Possunt enim eo hoc audiores
ansam arripere male operandi, quod Deus nobis
eos bene operari: nam si Deus hoc vellet, ipsi
quoque vellent, et consequenter bene operaturos.
Porro ex sacris literis habemus, Deum semper esse paratum ad
nos gratia sua adiuuandos, et velle omnes hominis salvos fi-
eri: et perditionem hominis non esse ex Deo, sed ex ipso homine.
Nec, nisi fallor, unquam in sacris literis reperiemus huius-
modi loquendi modum, qua Mahumetani utitur in Alcorano.

سورة المرسلات مكية
خمسون اية

SVRA LXXVII.

MISSAE

Meccana: commatum L.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Per Missas, se se inuicem consequentes.
2. Et spirantes halitu, impetuose spirando.
3. Per spargentes spargendo.
4. Et separantes separando.

5. Et Immittentes monitionem:
6. Execrationem, aut commonitionem.
7. Certè id, quod intentatur nobis, procul dubio eueniens est
8. Cum ergo stellæ obscuratæ fuerint.
9. Et cum cælum discissum fuerit.
10. Et cum montes minutim dispersi fuerint.
11. Et cum legati ad tempus præfixum conuenerint:
12. Aquam diem [l. quam horribilem, et magnam] congregabuntur!
13. Ad diem Diuisionij inter bonos, et malos.
14. Quid nempè intelligere faciet te, quid sit dies Diuisionis? ℣
15. Væ die illa insimulantibus mendacij Prophetas, et Legatos.
16. Nonne perdidimus Primos.
17. Sum faciemus, ut subsequantur eos posteri.
18. Ita faciemus cum scelestè agentibus.
19. Væ die illa insimulantibus mendacij.
20. Nonne creauimus vos ex aqua vili [l. humano semine]?
21. Et posuimus illam in loco adcommodo ad tempus determinatum [l. in matrice].
22. Vsque ad mensuram temporis determinatam. [l. usque ad nativitatem].
23. Et a posuimus hoc facere: et euge potentes. [l. facilè hoc facere posuimus: Quasi prouidè mensuramus]
24. Væ

a. mensuramus
b. mensuratis

24. Veh die illa insimulantibus mendacij.
25. Nonne posuimus vrbem ad comunendum.
26. Viuos, et mortuos.
27. Et posuimus in ea montes stabiles sublimes: et potauimus eos aqua dulci.
28. Veh die illa insimulantibus mendacij.
29. Ite ad supplicium, quod ut falsum negabatis.
30. Ite in umbram habentem tres vamos.
31. Non erit obumbrans a calore: neque prodens contra flammam:
32. Quippe ipsa li. flammā iaculabitur scintillas.
33. Velut arx erit umbra illa in altitudine
34. Quasi ipsa esset Camelus subfulcus, ita erit fetu colonij
35. Veh die illa insimulantibus mendacijs.
36. Hec erit dies, in qua non loquentur, neque annuetur illis, ut se se excusent.
37. Veh die illa insimulantibus mendacij
38. Hec erit dies Diuisionij: congregabimus vos, et Primos, qui fuerunt ante vos.
39. Quod si est vobis astus: astu vtimini contra me
40. Veh die illa insimulantibus mendacij.
41. Porro Ej movebuntur in umbris, et fontibus
42. Et pomis, ex ijs, quos concupierint.
43. Comedite, et bibite suauiter ob id, quod fuistis operati.
44. Nos quippe ita remunerabimus bene facientes.

45. Vah die illa insimulantibus mendacij
46. Comedite, et fruimini exiguo tempore ô Infideles
in hoc Mundo: certè vos estis electi.
47. Vah die illa insimulantibus mendacij
48. Et cum dicitur illis: Inclinate vos [I. orate]
non se inclinant.
49. Vah die illa insimulantibus mendacij.
50. In quam ergò novam narrationem post hanc
credent? [I. in quam alium sacrum librum credent
credendum post Alcoranum]

Nota

Inscribitur sura المرسلات cum phatho supra literâ س, ita ut
sit participium passivum fœmineum numeri pluralis, si-
gnificans Missas, in quo decepti fuit Hottingerus,
qui vertit, Mittentes, tanquam scriptum esset المرسلات
cum Kesra sub س. in forma activa. Inveni ubique
Meccanam. Versus quinquagintà communiter illi
tribuuntur, quos tamen non omnes eodem modo dis-
tinguunt. De gravis Lectoris lege Tamehascenius
من قرأ سورة المرسلات كتب له انه ليس من المشركين: Qui legerit suram
Missarum, scribetur ei in libro Dei, quod ipse non fu-
erit ex Associantibus.

1. Per Missas] Nimirum per Intelligentias, seu
Angelos, qui mittuntur à Deo. Ita Tamehascenius,
qui exponit طوائف من الملائكة ارسلت الله باوامر: ordines
Angelorum, quos mittit Deus cum mandatis suis.

Alij explicant ايات القران, uersus Alcorani, eo quod mitte uentur à Deo. Selal, et Iahias accipiunt pro متابعة الرياح, uentj se se inuicem insequentibus, seu quorum unus ingruit post alium.

2. Et spirantes] Explicant Selal, et Iahias, الرياح الشديدة uentos uehementes, sed Tamehaseenius intelligit Angelos, qui uehoeiter mouentur in suo cursu ad motum uentorum impetuosè spirantium.

3. Et Spargentes]. Selal: يعنى الرياح تنشر المطر; significantur uenti, qui spargunt pluuiam. Tamehaseenius, طوائف منهم تنشر اجنحتهن فى الجو: Ordines eorundem Angelorum, qui expandunt alas suas in aëre.

4. Et Separantes] Selal: اى ايات القران تفرق بين الحق والباطل: والحلال والحرام: idest, signa, seu uersus Alcorani, qui separant, seu distinguunt uera à falsis, et licita ab illicitis. Iahias, et Tamehaseenius referunt ad Angelos, qui hoc idem munus edeuent cum ijs, quibus se manifestant.

5. Et Immittentes monitionem]. Conueniunt omnes cum Selal, intelligi hic الملايكة تنزل بالوحى الى الانبيآء والرسل يلقون الوحى الى الامم: Angelos, qui descendunt cum reuelatione ad Prophetas, et Legatos, ut annuncient eandem reuelationem gentibus

6. Excusationem aut comminationem]. Exponit Tamehaseenius: عذرا للذين يعتذرون الى الله بتوبتهم واستغفارهم: ad excusationem eorum, qui per penitentiam, et petitionem ueniæ excusant se se apud Deum, idest mereantur ab eo excusari; Ad comminationem uerò eorum,

30. *In umbram habentem suos ramos*] Exponit Gelal. هو دخان جهنم اذا ارتفع افترق ثلاث فرق لعظمته: *Hic est fumus Gehennæ, qui cum in altum elatus fuerit, dividit se in suos pares ob suam magnitudinem*

34. *Camelus substitues*] I. Arabicè جمالة صفر. *Camelli substitui, in numerum multitudinis: sed per singularem numerum clarior est interpretatio. Significatur autem color ruber, ac piceus, qualis est color huiusmodi Camelorum, quemadmodum explicat Gelal*

Refutationes

1. *Bonorum omnium nitiginationem mereretur, si quis inter homines ita in iuramentis frequens esset, quemadmodum Mahumetus fingit esse Deum. Quid porrò dicemus, si huiusmodi iuramenta non solùm vana, sed etiam impia esse existimentur. Vanum certè est illud iuramentum, quod pro eadem re asserenda, quin-quiès eodem tempore iteratur, quemadmodum in hac Sura fieri videmus. Impium verò, quod per alias res, quam per Deum usurpatur, præsertim ab ipso Deo. Quid enim tam impium, quam per ventos, atque etiam per Angelos, Deum iurare?*

2. *Retrudit Mahumetus Paradisi sui præmia delicijs: quippe in comedendo, et bibendo omnia ita sita sunt. Cumque poma tantùm, et aqua illius mensis hic apponantur: maiores fortasse delicię in ~~Paradiso~~ verticorum mensis reperientur.*

3. *Petit*

3. Petit Mahumetus in quemeam Librum credituri
sint homines post Meccanum traditum, si in ipsum
Meccanum credere recusent. Quocirca nos Respondebimus
alicui Librum excellentem, qui quoties vere dei possit
ad Dei notitiam fatum hac vita, nec atque ea credibus
ipse Meccana, si illum ad eum perferat cadem pectat

سورة النبآ مكية
اربعون اية

SVRA LXXVIII.
NVNCIVM:

Meccana: commatum XL

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. De quanam re Chovaisite se se mutuo interrogant? الجزو الثلاثون
2. De hunccio magno Resurrectionis, in quo ipsi sunt Pars Trigesima
dissidentes.
3. Omnino scient veritatem illius:
a
4. Omnino inquam, scient.
5. Nonne posuimus terram in stratum,
6. Et montes in paxillos adeam fulcindam?
7. Et creavimus nos coniuges Ti. mavem, et feminam Ti
8. Et posuimus somnum nostrum ad saporem

a. Deinde omnino

1

Librum minus nefa-
rium credituros,
quam vitae-
corum: adeo hic om-
nes alios li-
bros impieta-
te excedit,
quantumvis
prophanos,
scelestos, ac
detestabiles.

11. adquietem corporum].
9. Et posuimus noctem ad vestimentum [i. ad cooperiendam terram tenebris]
10. Et posuimus diem ad victualia evanda.
11. Et edificauimus supra vos septem Cœlos solidos.
12. Et posuimus lucernam accensam [i. solem]
13. Et demisimus ex Expirmentibus [i. ex nubibus, qui expirmunt pluuiam] aquam copiosè effluentem;
14. Vt educeremus per eam granum, et germen.
15. Et horreos inuolutos [i. implexos arboribus].
16. Porrò dies Diuisionis est tempus statutum præmio, et pœnæ
17. Dies, qua insufflabimus in tubam, et ueniet is ad nos turmatim.
18. Et aperietur Cælum, et erit apertum in multas partes ad descensum Angelorum.
19. Et ambulare fient montes, et erunt uelut gluma
20. Porrò Gehenna erit ad insidias,
21. Expiationibus ad excipiendum illos intra se
22. Permansuros in ea in ægula
23. Non gustabunt in ea somnum, neque potionem: ~~potionem~~.
24. Præter aquam feruentissimam, et saniem.
25. Retributionem conuenientem.
26. Quippe ipsi non sperabant redditionem rationis.
27. Et mendacij insimulabant signa nostra, [i. Alcoranum] falsitatis redarguendo
28. Sed omnem rem conputauimus scribendo.

29. Eustate

29. Iustace ergo: porrò non adjeciemus vobis, nisi
penam.
30. At vero Ejs erit locus felicitatis.
31. Horti arbonibus consiti, et vas Ti. vineæ T
32. Et puellæ coëtaneæ præditæ vbenibus turgidis, ac
sovonianibus,
33. Et calix plenus vino.
34. Non audiens ibi dictum futile, neque mendacium
35. Remuneratio a Domino tuo: donum sufficiens:
36. Dominus Cœlorum, et terræ, et eorum, quæ sunt
inter hæc duo: Misevatore: non obtinebunt ab eo collo-
cutionem Ti. ut loquantur cum eo præterimore, vel utique
respondeat ei pro maiestate.
37. Die, quo stabit Spiritus Ti. Gabriel T et Angeli or-
dinatim, non loquentur nisi his, cui annuerit Mi-
sevator; et dicet veetum Ti. loquetur tantumodo quæ
recta, et iusta sunt. T
38. Hæc dies vera. Qui ergo voluerit, arripiet ad
Dominum suum conversionem Ti. convertet se ad eum T
39. Nos sanè interminati sumus vobis penam vicinam
40. Die, qua aspiciet homo id, quod præmiserunt boni,
vel mali oculis manus eius: et dicet infidelis: O
vtinam ego essem pulvis

Nota

Vox Arabica النبأ, quæ est sacræ inscriptionis, et habetur
in versu secundo illius, significat nuncium, vel id

quod alicui nunciatur, vel exponitur, præsertim per
Divinam revelationem, vel prophetiam. In quibusdam
التساول Codicibus invenitur epigraphe التساول, mutua inter-
rogatio. In aliis etiam, عم يتساولون; Pequanam reve
se mutuò interrogans: quæ sunt prima verba ejusdem
suræ. Hæc autem Meccana censetur, omnibusque con-
sensu quadraginta illi versus tribuuntur. Quicam
legens, loco pro سقاه الله برد الشراب يوم القيمة: Potabit illum Deus
potione frigida in die Resurrectionis. Præmium verè
frigidum.

3. Omnino] Vox Arabica كلا, aliquando significat
negativè, minime, nequaquam. Aliquando affirmativè:
ita, omnino. Aliquando est vox rejudiantis: apagè,
fohif. In quo sensu videntur hoc loco eam accipere Celal
et Zamchascenius: et tunc ita distinguenda est versus:
Apage: scient veritatem illius, vel, ut explicat Celal,
scient id quod eventurum est illis.

23. Somnum] Arabicè est نوم, quæ vox propriè fri-
gus significat: sed hoc loco Celal interpretatur نوم,
somnum. Forsasse melius vertevemus, refrigerium.

Refutationes

1. Apparet manifestè Mahumeti evasitiei, dum pu-
tat Cælum portas habere, quas necesse sit Angelis
aperiri, ut in terras ad diem Judicij descendere possint.
Cum enim Angeli sint spiritualis naturæ, quodlibet
corpus quantumvis densum, solidumque sit, possunt

penetrare

penetrare. Sed ne tribuat Moslemi Angelis aliquã corporeitatẽ
2. Vedit Mahumetus tanquam sui seductum Pa-
radisi sui, in quo preter arbores, et uineas, etiam cam-
ponas, et ganeas reponit, ut in hij puellis coëtaneis,
ac lasciuientibus, et illis calicibus meo spumanti-
bus fibidini, gulęque ~~obsequantur~~ liberius ordina Logani.
destię, ac tempestiuę consulere putat, si inde furiosa
uerba, ac mendacia removeas. Non satis est uerborum
obscęnitatem removere; si factorũ obscęnitas non amandetur. Nec
inter scorta et uina, effrenem semper esse conuiuiorum
licentiam.

posteris aliqualiter
eorũ Prophetæ
ejiciant.

سورة النازعات مكية
ستّ واربعون اية

SVRA LXXIX.
ABSTRAHẼTES.

Meccana: commatum XLVI.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Per *Abstrahentes cum uiolentia.*
2. *Per sedulo trahentes cum facili tractione.*
3. *Per Natantes natando,*
4. *Et Præcedentes præcedendo.*

5. Et Moderantes rem [i. rei publicæ mundi]
6. Hic qui conturbabit Conturbatrix.
7. Sequetur eam Subsecutrix.
8. Corda die illa: sunt perturbanda.
9. Aspectu eorum humiliter demittendus.
10. Dicunt: An nos certè post mortem vestituendi
sumus in pristinum statum?
11. An etiam postquam fecimus opsa cænosa?
12. Dixerunt: Hic sanè redditus est falsus.
13. Atqui profectò erit sonitus unus [i. spiritus tubæ]
14. Et ecce ipsi apparebunt in superficie terræ
15. An pervenit adte historia Moysis?
16. Cum inclamauit adeum Dominus suus in valle
Sancta Tua
17. Vade ad Pharaonem, quippe ipse exorbitanter
se gerit
17b. Et die: An possibile est tibi, ut mundus euadas
19. Et dirigam te ad Dominum tuum, ut timeas eum
20. Ostendit autem ei signum maximum. At ille
21. At ille mendacij insimulauit eum, et contumax
fuit.
22. Cum terga uertit, et properauit ad impietatem
23. Congregauitque Magos, et aduocauit eos
24. Et dixit: Ego sum Dominus uester Supremus.
25. Quamobrem puniuit eum Deus pœna nouissimæ,
et primæ culparum illius.
26. Certè in hoc est sanè exemplum illi, qui timet
Deum

Deum.
27. An nos estis validiores eversione [i. natura]: an Celum, quod edificauit Deus.
28. Exaltauit sublimitatem eius, et perfecte conformauit illud: et
29. Et obtenebrauit noctem eius, et eduxit splendorem eius [i. solem].
30. Et terram postea expandit.
31. Eduxit ex ea aquam eius, et pabulum eius.
32. Et montes stabilivit in ea aduersum nobis, et precipitibus uestris. × Cum autem uenerit Vltima × maxima [i. dies Judicij]
33 Vbi illa reminiscetur homo illius, quod studiose egerit.
34. Et manifestabitur Infernus ei, qui uidet [i. omnibus uidentibus].
35. Sorrò qui fuerit preuaricator
36. Et pestulens uitam mundanam uite future
37. Certè Infernus erit receptaculum eius
38. Qui autem timuerit iratum Dominii sui [i. iratum sibi esse ante Dominum suum] 2. et cohibuerit
40 39 Animam suam à concupiscentiis:
41 Profectò Caradisus erit receptaculum eius
42. Interrogabunt se de hora, quandonam futurum sit tempus finium eius.
43. Sed inquire et tu de commemoratione eius? [i. quam-nam scientiam habes tu de ea, ut possis hoc ei dicere.]

44 Ad Dominum suum spectat scire terminum eius.
45. Verùm tu es Commonitor eius, qui times eam
46 Quasi ipsi, die, quasi videbunt eam, non morabi-
fuisse, nisi tempus matutinum, aut vespertinum,
aut matutinum eius.

Nota

Finalis desumitur à prima dictione Iure, nempe النازعات Abstrahentes, feminini generis. Circa locum eiusdem Iure, et numerum versuum illius, non vege-
rio discrimen inter Authores: Meccana enim est, et sex supra quadraginta versus continet. Qui eam legent, quemadmodum scribit Zamchascenius, كان ممن حبسه الله فى القبر والقيمة حتى يدخل الجنة قدر صلاة مكتوبة Unit exijs, quos retinebit Deus in sepulchro, et Resurrectione, donec ingrediatur Paradisum spatio oratio-nij precipuæ. Vix assequor sensum, et suspicor de mendo in scriptura.

1. Per Abstrahentes]. Omnia hæc, per quæ iurare fingitur Deus, Arabicè sunt generis Feminei: referun-tur enim ad الملئكة Angelos, qui in plurali numero eiusdem generis censentur. Omnium igitur horum versuum, nimirum à primo usque ad quintum in-clusivè sensus, continet quinque Dei iuramenta ad Resurrectionem asserendam: Primum per An-gelos, qui violenter extrahunt in morte è corporibus animas peccatorum. Secundum per eos, qui placidè, et leniter educunt è corporibus animas iustorum.

Tertium

Terrium per eos, qui in motem Natantium è Cælo in-
terram Divina mandata ferentes descendunt. Quartũ
per eos, qui præeunt animas iustorum in Paradisum
ascendentes. Quintum per eos, qui mundanas res
ad Dei nutum gubernant. Ita exponunt insubsi-
ma hæc enigmata Celal, Zamehasceriy, cæteriq;
Expositores.

6. Hic, quæ conturbabit conturbatricũ] Per conturba-
tricem intelligit Celal. النفخة الاولى Primum sonitum tubæ
vocantis ad iudicium: quia بها يرجف كل شئ, per eum
omnia perturbabuntur. Per subsecutricem autem
النفخة الثانية sonitum secundum tubæ, qui fiet quadraginta
annis post primum.

25. Pœna nouissimæ, et primæ] Iam posui explicationẽ
Celalis, qui refert hæc ad prima, et ultima peccata
Pharaonis. Sed fortasse melius referemus ad præ-
sentem vitam, et nouissimum sæculum.

30. Et terram postea expandit.] Hoc dicitur, quia
iuxta Celalem, terra جرم كانت مخلوقة قبل السما من غير
creata fuerat ante cælum, sed sine expansione.

31. Vicinis maxima] Ita vocatur dies Iudicij,
quia omnibus præualebit, omniaque deuastabit.

46. Quasi ipsi] Sensus horum verborum est:
Quando homines videbunt diem Iudicij, existima-
bunt se non commorates fuisse in sepulchris,
siue in Mundo, nisi per vnicum mane, aut vesperũ

Refutationes

1. Mirum quantum in persuadenda Mortuis veritate Resurrectionis laborvet Mahumetus, non quidem ex motivo pietatis, vel alicnę salutis: sed quia intelligebat, si tantum mysterium persuadevet, posse se vndeq; illos homines vel spe ętevnarum delitiarum, vel timore ętevnorum supplicivrum, ad quamcunque vem, quam vohuisset, et consequenter ad iniquissimam, impiissimamque legem suam pevtrahere. Et quia videbat, si illis Paradisi felicitatem talem, qualis vę vera est, nempe spiritualem, et a' rervenis vebus longissimè distantem proposuisset, eosdem ut pote vevum spiritualium minimè capaces, nullo modo esse vnis vebis vormaendos: quidquid ad Resurrectionem, vel Paradisum pertinet, ita proponit, vt a rervenis, et carnali felicitate, vera virtualitate nihil differat, nisi in maiori copia, et libertate: ut non diversa, sed meliora, et maiora habituri sint in Paradiso eadem, quę hic habebant, vel habere potevant.

2. Quinquies induit Deum iuramentum de ^ve eadem, nempe de veritate Resurrectionis, per quinque Angelorum species, quas nidicis, insultisque enigmatibus designat. Cum vero iuramentum unum eandem vim habeat, quam aliud: (omnia enim sunt per Angelos) constat, quatuor iuramenta esse provsus otiosa. Immò quilibet

iuramenti

Iuramenti repetitio præsertim supra eandem rem,
per quid quid tandem fiat, otiosa, immò nitiosa
censenda est, tam ex parte iuranti, quàm ex parte
illius, per quem iuratur. Qui enim semel iubenti
non creditur, neque si millies iuret credetur. Si
verò is, per quem iuratur sit tanto dignitatis, ut
de illius autoritate, et veracitate non possit dubita-
ri: superfluum est per alium iurare. Si verò talis
non sit, impium est etiam per illum iurare. Quam-
obrem iuramentum etiamsi fiat per aliquam rem
creatam, respicit tamen solum Summam Veritatem,
scilicet Deum, qui in ea re peculiariter lucet. Suf-
ficit verò, si summa Veritas in testem alicuius rei
semel adducatur. Plures verò adducere, videtur esse
de illius testimonio, vel iustitia, aut veracitate
dubitare. Ignosce, Lector, si ijsdem insanijs semper eadem respondeo.

3. Nimis evasum se Mahumetus ostendit, dum putat peccatorum animas fervej uncij ab Angelis ab eorum ads corporibus abstrahi: iustorum verò animas molliter, lenitergue ab ijsdem trahi, atque duci. Animæ enim cum sint spirituales, prorsusque immateriales, non possunt hoc modo abstrahi, vel trahi: sed ex naturali necessitate supervenientes morte, corpora relinquunt. Et quamuis in hoc violentiam ægrè homines experiantur, non tamen hæc fit ex abstractione, vel extrinseca vi Angelorum, sed ex naturali difficultate, qua animæ à corporibus separantur.

4. Non est pertransenda ignorantia, atque ingressa transitio à mortuorum resurrectione, ad historiam Moysi: et ab hac ad alias ingressias absque ullo ordine, vel connexione. ☩ ☩

5. Manifestissimè ~~sibi~~ Mahumetus contradicit, nam cum in sura quadragesima prima asseruisset, Deum primo creasse terram duobus diebus, et posuisse in ea montes, et creasse quatuor diebus in ea quæ necessaria erant ad victum hominum, ac bestiarum: deinde intendisse animum ad creandum Cælum, qui erat fumus, et duorum dierum spatio diuisisse illud in septem Cælos; et adornasse illud luminaribus, nempe Sole, et Stellis: hic ait ignorius dolitus, primo potuit creationem Cæli, et Solis, ac Stellarum, et deinde terræ, et eorum, quæ in ea reperiuntur, nempe montium, fontium, arborum, et fructuum. Quocirca est talis excusatio, quod scilicet terra creata quidem fuerit ante Cælum, sed sine expansione. Quidquid enim sit de huiusmodi expansione, nullo modo tollitur contradictio, dum ~~ante~~ post creationem Cæli, Solis, et Stellarum, creata fuerit terra cum montibus, fontibus, et consequenter cum maribus, ex quibus fontes proueniunt, itemque cum herbis, et arboribus, et cæteris ad victum hominis, et cæterorumque animalium necessarijs. Neque intelligi potest in quo consistat hæc expansio terræ, et quid eidem terræ contulerit, vel addiderit.

ad 1 Mahumetis Scripturis, sed sibi ipsi

سورة

Hoc autem vitium, cum perpetuum sit in Alcorano, non uideo quomodo possit sapientibus Moslemis excusari, nisi dicant eiusdem Alcorani Collectores plurima in eo temere congessisse, quę nullam habens inter se connexionem: neque solùm in eo suras, sed etiam uersiculos preposterè ac perturbatè fuisse collocatos: quemadmodum in Tractatu de Alcorano uera edenisse demonstrauimus. Quid ergo mirum si in illo sermone ita dissitus sit, ut plerumque periodi uel uersus non maiorem habeant inter se nexum, quàm iuxta uulgatum adagium coturnus cum claua, et Lecythus cum strophio.

Ficcine uerò est liber ille tantę excellentię et dignitatis, ut non nisi Deus eius author esse potuerit, in cuius throno, atque etiam essentia ab æterno contineatur et conseruetur?

Sed regerent contra nos Doctores Mahumetani, etiam in sacris utriusque Testamenti libris hoc idem euenire. Nam Psalmi sine ullo temporum, uel rerum ordine preposterè in unum uolumen congesti sunt, ut patet ex eorum titulis. Psalmus enim 33. (C. 3.) ponitur post Psalmos 3. et 5., et tamen hi tempore longè posteriori scripti sunt, ut indicant eorumdem epigraphę. Preterea neque Euangelia, neque Epistolę S. Pauli, et aliæ canonicę, neque omnes libri ueteris Testamenti eo ordine collocantur, quę tempus, in quo scripti sunt, requireret. Postremò si contextus sermonis, et connexio sententiarum attendatur, agnoscetur fortasse minor dissonantia, et magis congrua sensuum syntaxis in Alcorano, quàm in aliquibus sacrarum Scripturarum capitibus uel uer-

sicubis.

Videtur hec obiectio uim magnam habere. Sed est prorsus
straminea, friuola, nullius que momenti. Nam quicun-
que ordine libri sacrarum scripturarum collocentur,
nihil differat ueritati uel religioni vtrius incommodi uel
detrimenti. Atque idem dicendum de Psalmorum dis-
positione, que non sine iustissimis causis ex spiritu
sancti impulsu ab ipso Dauide uel ab Ezra fac-
ta esse existimatur. Non ita in Alcorano, ubi ex
historie ueritati et religionis fideique certitudine
pregestera huiusmodi collocatio plurimum proficit, ex
totam prope Mahumeti secta peruertit. (ut
enim (u.g.) sepe in Alcorano tanquam uera
et bona christiana religio admittatur, atque in
ea quemlibet eternam salutem consequi posse
asseratur. Aliquando uero in odio Islamitica
religione posse homines saluari, affirmetur: ita ut
unum assertum, alium destruatur et abrogetur.
Ex alia uero parte ignoretur, quenam fuerit Ma-
humeti circa hoc suprema decisio: nam in Alco-
rano, ut iam diximus, omnia fere pregestera
habentur, neque sciri possit potest utrum quod
prius ponitur, traditum sit posterius: incertum
remanebit apud Mahumetanos quenam ex duabus re
ligionibus uera sit, Islamitica an christiana: nam
utraque uera esse non potest. Vide que circa
hoc diximus in Prodromo p.e 3. cap. 5.° & totum
Ad illud quod postremi loco obiiciebant circa dissonantiam
que in aliquibus sacris scripturis contra legitimam
sermonis ac sententie syntaxin, maior forte esse
quam in Alcorano reperitur: respondemus, Mos-
lemos toto celo in hoc errare, et hallucinari. Da-
uis enim in diuinis eloquiis, plurima interdum
obscu-

rity aggreat: nihil tamen in ijs dissonum, nihil discrepans, nihil inter se non optimè cohærens et connexum inuenitur, neque vnquam inuenietur. Nam iuxta illud Davidis Psal. 11.: Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Cui consonat Salomon in Prouer. cap. 30. Omnis sermo Dei ignitus (id est purissimus ac perfectissimus): ne addas quidquam uerbis illius, et arguaris, inueniarisque mendax. Ita scilicet perfectus atque omni ex parte sermo diuinus completus est, ut nihil ei addi possit, quo perfectior fiat. Hæc Moslemi ipsi negare non possunt qui huiusmodi Dauid et Salomonis testimonio, tanquam diuinæ authoritatis admittunt. Porrò si non ita facilè patet in sacris literis verum uel sententiarum inter se connexio: et quandoque inter se nullatenus, uel parum cohærere uidentur: id sapientissimo spiritus sancti dispositione factum est, ad maiorem diuinis uerbis maiestatem et reuerentiam conciliandam. nam etiam apud homines magnorum sapientum effata obscuritate tegunturæ, atque enigmatibus et allegorijs, mysticisque sensis inuoluuntur. Cæterùm ut homines in diuinarum scripturarum sedula atque assidua meditatione exercerentur, ad latentia in ijs mysteria cognoscenda, quemadmodum innumeris Doctoribus tam Hebreis antiquis, quàm Christianis omnis ætatis feliciter successit: et alias ob causas, quas non est hic otium referre. Affectauit quidem Sacras Scripturas suo stylum Mahumetus imitatus, uerùm, ut Propheta a simplicioribus posset haberi. Verum euenit illi quod asino Cappico, qui dum pelle leonina tectus uetitum semen simulat; a proprio ruditu asinus detectus, cæteris animantibus ridiculo fuit. Nimirum hunc fraus diuinorum uerborum

imitatione Prophetæ nulli credi: stultum, fatuum atque insa-
num, ut reuerberat, vere vniuersis prophanis. Sub for-
mulis loquendi ambigais et inde ineptis: sub importunis apposi-
tibus: sub transitionibus prorsus diuitis et disruptis: sub
obscura ignotorum verborum involucro, persuasit sibi vere
se prophetici muneris gloriam consequi, tanquam in his
† hominis esset magis mysteria latere†: sed fumo periit qui fumum
crediturus.
vendidit.

سورة عَبَسَ مكية
اثنتان واربعون اية

SVRA LXXX.

CORRVGAVIT.

FACIEM.

Meccana: commatum XLII:

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Corrugauit faciem, et auertit se Mahumetus
2. Eo quod uenerit ad eum Cæcus.
3. Et quid certum reddebat te uerum ipse iustificandus esset.
4. Vel commonefaciendus esset, et profuturus esset illi commonitio?
5. Porrò qui diuitijs abundat,
6. Tu illum honorificè excipis,
7. Neque tibi curæ est, quod non iustificetur.
8. At uerò qui uenit ad te studiosè curatus salutem suã
9. Et ipse timet Deum.
10. Tu ab eo auerteris.
11. Minimè id facere debes. Porrò hæc sura est commonitio,
12. (Qui porrò uoluerit, memoriæ tenebit hoc): in uoluminibus

minibus honoratis.
13. Exaltatis, punficatis, scripta
14. Per manus scribarum
15. Honoratorum, iussorum.
16. Pereat homo: quid adduxit illum ad infidelitatem?
17. Ex qua re ereauit illum Deus?
18. Ex spermate creauit illum
19 Deinde conformauit eum
20 Tum semitam ad egressum ex utero facilitauit ei.
21. 22 Deinde morti tradet eum; et tumulabit eum.
23 Postea cum uoluens suscitabit eum.
24 Prorsus ita erit. Nondum perfecit homo id, quod
præcepit ei Deus.
25 Aspiciat porro homo ad cibum suum.
26 Nos certe effudimus aquam effundendo e nubibus.
27. Deinde fecimus terram findendo, ut germinarent
plantæ
28. Tum germinare fecimus in ea granum.
29. Et uuas, et herbam uirentem, et oleam, et palmas
30 Et hortos consertos arboribus
31 Et poma, et pascua herbarum.
32. Ad usum nostrum, et pecorum nostrorum.
33 Cum ergo uenerit Resonans cum terrestri II. Sonus
secunda].
34. Hic, quia fugiet uir à fratre suo,
35. Et Matre sua, et Patre suo.
36. Et coniuge sua, et filijs.

Vniuersæ

37. Vnicuique vivo ex ipsis die illa erit negotium, quod satis erit illi, ne aliena cupiat.
38. Facies quorundam die illa erunt hilares
39. Ridentes, iucunde
40. Et facies quorundam die illa super eas erit pulvis
41. Cooperiet eas obscuritas
42. Hi erunt infideles, secelerati

Notæ.

Prima vox عبس, Corrugauit faciem, dedit titulum Suræ, quæ Meccana est, et iuxta Zelalem, duos supra quadraginta versus habet. Ab his tamen unum demunt: duos triginta tantum enumerant. Crebra quippe Rythmi mutatio, valdè incertum eorum numerum reddit. De Lectionis varietate hæc feruntur: من قراء سورة عبس: جاء يوم القيمة ووجهه ضاحك مستبشر. Qui legerit Surã Corrugauit faciem: veniet in die Resurrectionis cum vultu ridenti, et iucundo.

1. Corrugauit faciem]. Fabellam quamdam confingunt hic expositores, quam ita refert Zelal. جاءه الاعمى عبد الله بن ام مكتوم فقطعه عما هو مشغول به ممن يرجو اسلامه من اشراف قريش الذى هو حريص على اسلامهم ولم يدر الاعمى انه مشغول بذلك فناداه علمنى مما علمك الله فانصرف النبى الى بيته فعوبت فى تلك السورة فكان بعد ذلك يقول له اذا جاءه مرحبا بمن عاتبنى فيه ربى ويبسط له رداه. Venit ad eum Cæcus, nomine Abdalah filius Ommactum, et interpellauit eum dum esset occupatus circa quemdam ex primoribus Coraisitarum, quem sperabat

8 الى بيته

se posse perduceve ad suam Religionem, et qui erat studio-
sus conuersionis eorumdem Covaisitarum. Sed non ab-
uendit Geo Mahumetus, totus intentus in eo, quod
tunc agebat. Geus uerò inclamauit eum dicens:
Doce me aliquid eorum, que docuit te Deus. At
Mahumetus auertit se, et regressus est in domum
suam: qua de re reprehenditur in hac sura. Postea
uerò cum uenisset Geus in domum eius, dixit ei
Mahumetus: Beneuenerit ille, cuius gratia
redarguit me Dominus meus. Et extendit ad eum
pallium suum. Finguntur igitur hec dicta fuisse
à Deo ad Mahumetum redarguendum, quod Geum
illum neglexisset, ut diuisi. Covaisitę operam im-
penderet. O uulpem!

15. In uoluminibus honoratis | Refertur ad commonitio-

nem, iuxta Zamchascerium. انها مثبتة فى صحف منتسخة من اللوح المحفوظ مكرمة
عند الله مرفوعة فى السماء مطهرة منزهة من ايدى الشياطين لا يمسها الا ايدى ملايكة
مطهرين سفرة كتبة ينتسخون الكتب من اللوح بررة اتقياء وقيل من صحف الانبياء.

quia ipsa scripta est in uoluminibus transcripta ex
Tabula asseruata; honoratis apud Deum, exaltatis
in Celo, purificatis, i. est custodibis à manibus Demonum:
non enim attigebant illa, nisi manus Angelorum
purissimorum scribarum, qui transcribunt Libros
ex eadem Tabula puros, et sinceros. Huiusmodi autē
uoluminā dicuntur esse libri Prophetarum.
Nomine autem commonitionis intelligunt quidam
hanc ipsam suram, quam primam commoni-

tionem

nem factam Mahumeto à Deo: quidam verò totum Alcoranum, tanquam admonitionem ad universas creaturas.

16. Caveat] Arabicè est قُتِلَ occidatur. explicat Gelal: لُعِنَ: maledictus sit; quamuis enim exponatur per prædictum: nihilominus exigit significationem imperativi imprecatorij, seu execrabilis.

Refutationes

1. Notanda hic, et alibi est vulpina Mahumeti callidi-tas, qui ut se mundum, candidum, sinceramque ostenderet, ac proinde sibi apud suos fidem in iis, quæ blasphemijs mentiebatur, conciliaret: fingit, se identidem à Deo de aliquo peccato, vel errore reprehendi: quemadmodum hoc loco, ubi inducit ipsum Deum se redarguentem, quod tot diuitij, ac potentiæ operam navaret, Eorum salutis nec sollicitum, fastidiosè reiecisset. Qui enim ita candidè peccata sua fateretur, quomodo non eidem in cæteris, quæ diceret, fides esset habenda?

2. Notanda porrò est calumnia, de qua hic Impostor fingit se reprehendi, quæ sanè ostendit illum non Prophetam, sed nebulonem magnum fuisse. Nam quomodo Prophetæ censendus est, qui missus à Deo ad homines in viam salutis dirigendos; eos qui illam requirunt, à se reijcit, ut diuitijs, potentiæ, obsequijs, opera suam impendat. At enim

huius quoque salutem ipse curabat, eumque ad
fidem pertrahere ob maius bonum studebat: nempe
quia (ut pote inter suos magnę auctoritatis) si
ipse credidisset, alios plures ad Mahumeti sequelam
traxisset. Ita fingit Zelal: sed Alcorani verba
illi manifestę contradicunt, dum asserunt, Maho-
metum nihil de diuitis illius fide, vel salute
curasse. Tamethasceinus valdę malitiosę ita ex-
plicat verba Alcorani: وليس عليك باسٌ في ان لا يتزكى بالاسلام
— ان عليك الا البلاغ: non spectat ad te decernere,
eo quod ille non iustificetur per fidem: sed solum
munus tuum est fidem illi annunciare. Verum
nulla hic erat decertatio, seu pugna necessaria,
sed satis erat tantum benigna allocutio ad alli-
ciendum hominem illum ad Religionem: et hoc sane
non erat reprehendendum. Atqui etiam si cum aliqua
vehementiori studio id Mahumetus egisset, non
poterat culpari. Neque enim ita fides prędicanda
est, ut nullum in ea persuadenda studium, et ener-
gia, contentio nulla adhibenda sit: Quinquin
Mahumetus sibi adversaretur, qui in Alcorano
tot ad sectam suam ingerendam motiua, tot
argumenta, licet frivola, congerit. Neque malum
illum fuisset, pro levando diuite illo, ac potente
cum spe maioris boni (praesertim quia se Maho-
metice Religioni cupidum, eiusque alios persuadendę
studiosum ostendebat) aliquem alium hunc temporis

post-

post habere. Noto hic obiter, Zamchascenium uelle, Mahumetum eo tempore non uni tantum, sed alijs etiam ex Corasitarum Principibus sectam suam prædicasse: ita enim scribit. وعنده صناديد قريش عتبة وشيبة ابنا ربيعة وابوجهل بن هشام والعباس بن عبد المطلب وامية بن الخلف والوليد بن مغيرة ويدعوهم الى الاسلام رجاء ان يسلم باسلامهم غيرهم: Erant apud eum Primates Corasitarum, Otba, et Sceiba filij Rabiæ; et Abugehel filius Hascham: et Abbas filius Abdalmostalleb: et Omia filius Chalphi, et Validus filius Mogheiræ: et prædicabat ei inuitans ad Religionem suã, sperans, si ipsi euedidissent, alios quoque eorum exemplo euedituros. Sed in Aleorano uniuersi tantum mentis habetur: et manifeste asseritur nullam de eius salute Mahumeto curam fuisse, sed tantum de illius diuitijs, quas potius captabas, quam illius fidem. Verum si, ut uult Zamchascenius tam multis Mahumetus publicè, et palam legem suam prædicabat: cur Deus ille exigebat ab eo, ut sibi eam prædicaret? non ne satis illi erat attendere ijs, quæ tunc temporis ejus oculorum morbo laborabas.

3. Asserit Mahumetus, uel Deus Mahumeti, hanc suam, seu, ut alij explicant, totum Aleoranum transmissum ab Angelis ex Tabula asseruata, in uoluminibus honorata, exaltata, et purificata, seu custodita à contactu Dæmonum. Hæc autem uoluminæ uolunt Moslemi esse Libros Prophetarum.

At in nullius Prophetæ libris, neque in ullis aliis huiusmodi Codicibus, nisi hæc Sura, nisi Alcoranus reperiebatur. Quamobrem manifesti mendacij arguitur Mahume-
tes. Huc accedit, valdè ridiculum esse, quòd aliquis apud Deum Liber reperiatur, ex quo Angeli exscribant quæ in Prophetarum libris reperiuntur. Ipsi enim Prophetæ per se, vel per amanuenses ea scribebant, quæ sibi à Deo revelabantur. Assignent igitur Mahumetani quinam sint, et ubinam sint hi codices, translati per manus Angelorum è Tabula asservatâ, honorati apud+ exaltati in Cælo, vel iuxta aliam expositionem Zamchasrij, مرفوعة في المقدار, exaltati in mensura, seu quantitate, et purificati, seu intacti à manibus, et contactu Dæmonum. Sunt ne in Cælo, an in terra? si in Cælo, ad quid, quo, ibi deserviunt? est ne in Cælo Bibliotheca aliqua voluminum, in quorum lectione Angeli, ac Beati se se exerceant. Si autem in terra existunt: tenentur Mahumetani ea nobis ostendere, ut Alcorani veritatem comprobemus. Respondebunt, ea iam periisse; Sed peto, an ante Mahumetem, an verò post illum perierint. Si ante illum, testes mendaces adhibet veritatis sui Alcorani. Post illum verò periisse, nullo modo probari potest. Huc accedit, repugnare Divinæ providentiæ, ut sineret perire libros illos, quos et honoratos apud Deum, et exaltatos in Cælo, et à manibus, tactuque Dæmonum illibatos Alcoranus pronunciat. Dicent ne, hos libros esse Pentateuchum, Euangelium, et cæteros sacros Codices, quos habent

+ Deum,

habent apud se, et legunt Scripturas, Judæi scilicet, et Christiani? at in his, ut iam dixi, neque Alcoranus, neque ulla eius sura reperitur

سورة التكوير مكية
تسع وعشرون اية

SVRA LXXXI.

INVOLVTIO.

Meccana: commatum XXIX.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Cùm Sol involutus fuerit tenebris
2. Et cum Stellæ ceciderint super terram
3. Et cum montes ambulare facti fuerint [1]. sublati fuerint, et in pulverem redacti [1]
4. Et cum Camelæ pregnantes destitutæ fuerint sacra, vel pastore.
5. Et cum feræ congregatæ fuerint,
6. Et cum maria succensa fuerint.
7. Et cum animæ coniunctæ fuerint corporibus
8. Et cum puellæ sepultæ vivæ interrogabitur.
9. Propter quod delictum occisa fuerit.
10. Et cum libri expansi fuerint.

11. Et cum Cedro pelle spoliatum fuerit
12. Et cum Infernus vehementius exarserit.
13. Et cum Paradisus propius admotus fuerit
14. Scict anima quid præsentaneè [i. operata fuerit]
15. Sovrà non iuro perquinque Planetas currentes,
se se occultantes. 113
16. Et noctem quando venit cum tenebris, et recedit
17. Et Auroram cum aspiraverit
18. Quod hic Alcoranus est sanè verus Legati
venerandi [i. Gabrielis]
19. Credidi virtute apud possessorem Throni; stabilisque
in ~~operatione~~ gradu suo apud Deum.
20. Obediti ab Angelis ibi, ~~fidelis~~ [i. in cœlo]: fidelis.
21. Et non est socius vester [i. Mahumetus] demoniacus
22. Et quidem iam vidit illum [i. Gabrielem] in Horizonte
claro.
23. Neque ipse est super Arcanum suum [i. non occultat Mahumetus secundum sibi revelatum]
24. Neque hic [i. Alcoranus] est verus Satanæ lapidati.
25. Quo ergo abiisti cogitationibus vestris? Non est
a. si *26. hic Alcoranus, nisi commonitio omnibus cæcis
b. mundis cæcis:
27. Ei, qui voluerit ex vobis recta via incedere.
28. Sed non voletis hoc,
c. mundorum 29. Nisi voluerit Deus Dominus sæculorum.
c.

Note

Nota

In nonnullis codicibus inscribitur Sura إذا الشمس كوّرت.
Cum Sol inuolutus fuerit, quæ sunt uerba primi uersus.
Communis tamen inscriptio est التكوير, Inuolutio. Vnde Hottingerus malebat, Rotatio: nam كوّر, exponitur à Zelale, et alijs لفّ, Inuoluit, et quasi faciji circumdedit. Meccæ traditam fuisse, et nouem supra uiginti uersibus constare, asserunt communiter Expositores. De præmio Lectoris, Recitatoris. من قرأ سورة التكوير اعاده الله ممن ان يفضحه حين ينشر صحيفته: Qui legerit Suram Inuolutionis, libenabit eum Deus ab ignominia, cum aperietur liber eius: nimirum in die Judicij.

5. Et cum fuerint congregatæ] Hæc fuerunt congregatio fiet, quemadmodum putat Zelal: ليقتضّ لبعض من بعض ثم تصير ترابا: ut numerus uindicta a rebus aliis: et postea redigantur eædem fuerint in puluerem

6. Et cum puellæ sepultæ fuerint] Erat enim barbara consuetudo inter Arabes, uiuas sepeliendi puellas statim natas, خوف العار والحاجة, ob timorem ignominiæ, et indigentiæ. Quia scilicet dedecori sibi putabant esse sexum fœmineum, uel quia illegitime illas susceperant: seu ob metum prauersitatis, eo quod non possent eas sustentare, uel in matrimonio collocare.

11. Pellentur foliabuntur]. Explicat Zelal انزع عن اماكنها, remouebuntur, et quasi auellentur à sedibus suis. Videtur alludere ad uersum illum Psalmi 103: Extendens

Jahiaj: ليقتضّ, لبعضها من بعض ثم يقال لها كوني ترابا. Vt iudicium fiat uni de alia: postea dicatur ei: esto puluis.

Cælum sicut pellem.

15. Porrò non iuro per quinque Planetas J. Pereiri, quod superius notaui de particulis negatiuis superflue additis Iuramento: adde, hos Planetas esse iuxta Telalem, النجوم الخمسة زحل والمشتري والمريخ والزهرة وعطارد ترجع في مجراها وتغيب في المواضع التي تغيب فيها seu Sydera, quę dicuntur Mars, Mercurius, Iuppiter, Venus, et Saturnus; quę vedeunt in cursu suo, et abscondunt se se in Locis, vbi se abscondere consueuerunt.

16. Stabilis, I. Referur ad Gabrielem, qui stabiliter permanet in gradu suo apud Deum.

20. Obediti ab Angelis I. Vt exprimerem melius participium Arabicum مطاع, cuncti mines Latinè, obediti, pro cui obeditur. Vt enim habet Jahia, ex authoritate Hasan: — امر الله اهل السماء بطاعة جبرايل كما امر اهل الارض ان يطيع محمدا — praecepit Deus Cœlicolis, ut obedirent Gabrieli, quemadmodum praecepit Seruigenis, ut obedirent Mahumeto

Refutationes

Inter signa, seu potius euentus diei Resurrectionis, enumerat Mahumetus dessitutionem Camelarum ab gnantium à pastoribus, vel lacte: et congregationem ferarum, vt iudicium feratur de una contra aliam, vel aliæ ex alijs capiant vindictam. In altero se ridiculum ostendit: in altero verò prorsus insanum, et insanum. Videtur enim signum nimis leue, et diei

Notæ

Mius, iudicijque maiestate, ac severe prorsus indignū,
quod Camelę pregnantes pastore, vel sacre destituantur.
Summa vero insania putare, etiam bestiarum eās
ea die esse decidendas, ac propterea easdem bestias
resuscitandas, atque in unum congregandas: ac post-
quam earum causę decisę fuerint, et alię de alijs un-
dictam sumpserint, in pulverem esse redigendas.
Cum enim animalia non libere, sed ex naturali
necessitate operentur, ac propterea moralis culpę
sint incapaces, penam nullam à Deo merentur.
Et cum anima constet prorsus materiali, quę
simul cum corpore perit, prorsusque extinguitur,
nulla subest ratio, quę propterquam sine à Deo
resuscitandę. Duo obijci possunt ad hunc Mahumeti
errorem tuendum. Primum, quod sicut Deus cor-
pora materialia verorum hominum resuscitabit:
ita etiam materiales brutorum animas potent
resuscitare. Secundum, quia in Lib: Geneseos
cap. 9. dixit Deus ad Noë, et filios eius: San-
guinem animarum vestrarum requiram de
manu cunctarum bestiarum. Sed respondemus; quidquid est
de primo:
ad secundū,
sensum illorum verborum

esse, Deum tanto odio prosequi iniustam humanis
sanguinis effusionem, ut si fieri posset, bestias homi-
Vt culpabiliter nem aliquem iniuste occidere, Deus illas severis-
sime puniret: Imò in lib: Exodi cap. 21, ita statuit:
Si bos cornu percusserit virum, aut mulierem, et mor-
tui fuerint, lapidibus struetur, et non comedent car-
nes eius, dominus quoque boui innocens erit. Hac ra-
tione verissimum est, Deum requirere sanguinem
hominum de manu bestiarum, ad detestationem ho-
micidij ab homine culpabiliter perpetrati, dum in ipsis bestijs etiam *
2. Adeo persuasum erat Meccanis Mahumetum esse
demoniacum; eiusque Alcoranum prestigium esse, ac
figmentum diabolicum; ut Mahumetus ipse, eum
alia ratione non posset inducat Deum sibi periuro,
et ipsum, et Alcoranum contra Meccanorum dicta
mentem tuentem. Atqui verissima sentiebant, et loque-
bantur Meccani: et ridiculum prorsus erat, quod
Mahumetus in causa propria Deum iurantem, quod
nullus, nisi ipse audieras, produceres. Quomodo
enim credere poterant Meccani Diuino iuramen-
to, presertim per res tam frivolas, et indignas,
cuius nullus alius testis erat, nisi ille idem, quem
totum mendacijs consutum cognoscebant? [illegible]

* Imò culpabiliter committi, adeò non severè puniri iubet.

سورة الانفطار مكية
تسع وعشرون اية

SVRA LXXXII.

DIFFISSIO.

Meccana: commatum XIX.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Cum Cœlum diffissum fuerit
2. Et cum Stellæ dispersæ fuerint
3. Et cum Maria de se commiscebuntur.
4. Et cum Sepulchra suscitæ, deque suæ fuerint.
5. Sciet anima quid operum præmiserit, et postposuerit
6. O homo, quid seduxit te contra Dominum tuum
venerandum, ~~quia~~ qui creauit te.
7. ~~Qui creauit te~~
8. Et conformauit te, et iuste disposuit te:
9. In quam figuram uoluit componere te.
19. Imò. Sed mendacij insimulatis diem Iudicij.
10. Et quidem super uos sanè sunt Custodes
Angeli.
11. Honorati, scribentes operationes uestras:
12. Sciunt id, quod facitis.
13. Bonè Iusti certè erunt in loco uoluptatis

14. Et cetæ celesti sanè evant in Inferno
15. Ingredientur comburendi in eum die Judicij.
16. Neque ipsi ab eo unquam erunt absentes
17. Quid verò * feci * te intelligere quid sit dies Judicij.?
18. Quid, inquam, feci te intelligere quid sit dies Judicij?
19. Hic illa non potens anima pro anima quidquam:
et imperium die illa erit Dei.

* [i. facies]

a. con

Notæ

Epigraphe, الانفطار Diffissio, desumitur ex primo uersu, quem nonnulli pro ipsa epigraphe ponunt. Sura Meccana est, et decem ac nouem uersibus constat. Lectoris premium ista ponit Zamchascerius ex dicto ipsius Mahumeti: من قراء سورة اذا السماء انفطرت كتب الله له بعدد كل قطرة من السماء حسنة وبعدد كل قبر حسنة، Qui legerit Suram, Cum Cælum diffindetur; scribet Deus illi pro unaquaque gutta è Cælo cadente unum bonum: itemque pro unoquoque sepulchro unum bonum

5. Quid præmiserit, et postposuerit] Dest, quid boni, uel mali patrauerit: et quid boni distulerit, uel omiserit effecerit.

† nempe cum animabus corpori unitis

Refutationes

* negando etiã animabus separatis tam in Barzahennam ingressum, quam in diem Judicij, in quo aliqui etiam ex Christianis seruarunt.

Miraculi loco habendum est, quod in hac Sura nihil sit manifesti erroris, uel absurdi, uel saltem quod non possit aliquo modo defendi, uel excusari. Nam quod uidetur innui, hic, et alibi, neque bonos Paradisum, neque malos Gehennam ingressuros esse, nisi post diem Judicij, in sano sensu † potest explicari, quemadmodum Mahumetani ad mentem Alcorani, non sanè accipiant. *

سورة

سورة التطفيف مكية
ست وثلثون اية

SVRA LXXXIII.

MENSVRA INIVSTA:

Meccana: commatum xxxvj.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Væh *injustè mensuvantibus*.

2. *Quibus cùm mensuvatus ab hominibus, exigunt mensuram ad plenum.*

3. *At cum mensuvant illis, aut trutinans illis; imminuunt mensuram, aut pondus.*

*5. 4. *An Non existimans hi se esse resuscitandos, ad diem magnam?*

6. *Diem, qua stabunt homines coram Domino Æ-* a. E. 1. mundorum
culorum.

5. *Ita est. Verò Liber scelestorum erit sanè in*

a. *Siggin.* autem.

8. *Quid intelligere faciet te, quid sit Siggin?*

9. *Liber delineatus.*

10 *. *Væh die illa insimulantibus mendacij.*

11 ~~10~~. *Qui mendacij insimulans diem Judicij.*

12. ~~11~~. *Et non insimulat mendacij illum, nisi omnis*

transgressor, iniquus.

13. Cum leguntur illi signa nostra, dicit: Fabulæ Gnosum.

14. Ita est. Atqui prevaluit super corda eorum id, quod perpetrauerunt [i. prauæ opera eorum obtenebrauerunt corda eorum]

15. Ita est. Certè ipsi à Domino suo diu illa sanè uelandi sunt, ne uideant illum

16. Sum certè ipsi sanè descensuri sunt comburendi in Infernum.

17. Sum dicetur illis: Hoc est quod uos, ut falsum negabatis.

18. Ita est. Porrò Liber Iustorum certè erit in Allijn.

19. Quid uerò faciet se intelligere quid sit Allijn?

20. Liber delineatus.

21. Testes adsunt illi Approximati [i. Angeli Dei proximi]

22. Certè Iusti eorum sanè in delicijs.

23. Super lectulos sponsales aspiciens.

24. Cognosces in uultibus eorum nitorem iucunditatis

25. Potabuntur ex uino purissimo sigillato.

26. Et ad hoc aspirans aspirantes ad felicitatem.

27. Et commixtio eius erit ex Jasmin

28. Fonte, ex quo bibunt approximati

29. Porrò illi, qui scelestè agunt, de his, qui credi-

devant

devant
risum captans.

30. Et cum transeunt iuxta illos; oculorum nutibus contemnunt eos.

31. Cum vero regrediuntur ad domesticos suos; regrediuntur petulantes iocantes de illis

32. Et cum videns illos, dicunt: Profecto hi sunt sane errantes.

33. Sed non missi sunt super eos custodes.

34. At vero die illa, qui crediderunt, de infidelibus risum capiebant.

35. Super lectulos sponsales aspiciens infideles in Gehenna

36. An remunerati sunt Infideles pro eo, quod fuerunt operati?

Nota

Hic etiam ex primo versu desumitur Insertio, nempe التطفيف: Iniusta mensura, seu Attenuatio. Insertum nonnulli, المطففون, Iniuste mensurantes. Propria scilicet Arabum est fraus, et furacitas. De loco, in quo tradita est Sura, non conueniunt Expositores: quidam enim Meccanam, quidam Medinensem illam esse volunt. In uersibus etiam enumerandis, non omnes consentiunt, licet plerique sex supra triginta enumerent. Qui hanc suram legent, ex Mahumeti promissione, سقاه الله من الرحيق المختوم يوم القيمة: Potabit eum Deus uino purissimo ex cadis argillatis in die Resurrectionis.

7. Seggin] Arabicè سجّين, : Vocis huius significatio, uidetur esse Carcer. Gelal ita exponit ad mentem aliorum. قيل هو كتاب جامع لاعمال الشياطين والكفرة وقيل هو مكان اسفل الارض السابعة وهو محلّ ابليس وجنوده. Dicunt nonnulli, hunc esse librum continentem simul opera Demonum, et infidelium. Alij uerò dicunt esse locum in ima terræ regione: ibiq; esse residentiam Diaboli, et exercitum eius. Verùm mihi, Interpretes tam uti fidentes vepenii, qui ultimo Seggin esse locum, cum Meovanus apertè affirmet esse librum.

9. Delineatus] Arabicè مرقوم, a uerbo رقم racama, delineauit, notauit, uel describsit: unde forte deducta est uox Italica vicamo, e nicamare

16. Alligin] Arabicè عليين in casu obliquo pluralis: nam in recto est عليون Alliun: uidetur propriè significare Sublimes, uel Excelsos. Gelal قيل هو كتاب جامع لاعمال الخير من الملايكة ومومنى الثقلين وقيل هو مكان فى السماء السابعة تحت العرش: Dicunt aliqui, hunc esse librum continentem opera bona Angelorum, et fidelium hominum, ac Genionum. Alij uerò uolunt esse locum in Cœlo septimo sub throno Dei. Hi quoque aduersantur Meovanum.

21. Testes adsunt illi] Dest, subsentiunt se tanquam testes in illo.

25. Vino purissimo sigillato]. Arabicè رحيق مختوم: Quia nimirum, ut ait Gelal, habebunt illud reposi-tum على اناياها لا يفكّ ختمة الا هم: in uasis sigillo obsi-gnatis, quod nullus soluet, uel aperiet, nisi ipsi.

26.

26. Sigillum eius est musaij]. Selal. اخرشربه بفوح المسك ريحة ذو: Dest: extremitas bibitionij eius (seu ultimus haustus) efflabit odorem musei. Sed simplicius videtur exponendum: Sigillum enim in eadem est ex musco.

27. Tasnim] Arabice تسنيم: patet ex ijsdem verbis Aleovanum esse fontem in Paradiso, ita dictum ab altitudine, ac sublimitate eius

33. Sed non missi sunt super eos custodes]. Fingunturhæc dicì à Deo contra infideles, qui Fideles erroris insimulabant: ac si diceretur: Non sunt ipsi deputati ad Fideles custodiendos, vel corrigendos

36. An remunerati sunt infideles] Videntur hæc dicì à Iustis in Cælo contra infideles detrusos in Gehennam, per iocum, ac ludibrium: et an videtur stare pro nonne

Refutationes

1. Mostemi ipsi agnoscentes insulsum loquendi modum in Aleovano, quo asseritur, Librum recessorum esse, vel fore in Seggin: Librum verò Iustorum in Illijn; et tam Seggin, quam Illijn esse libros reipsos; ita ut libri sint in libris: maluerunt nomina illa negromantica; esse nomina locorum, nihil curantes Aleovani ipsius explicationem, ut potè ineptam, ac ridiculam. Nec minus insulsum se ostendit Alkumesud dum tam Seggin, in quo est liber recessorum, quam Illijn, in quo est liber Iustorum

tamquam magnum aliquod, et inauditum arcanum,
explicat كتاب مرقوم, librum scriptum, seu lineatum.
Quasi vero nouum sit libros esse scriptos: et eiusdem
æstimationis sit liber sectatorum, et liber Iustorum,
nisi quod hic ab Angelis scribus subscriptus sit.
C. Hic etiam in scenam vetrudit Makumetus Cam-
bisum suum. Atque mirabile est illius ingenium,
quod cum toties illum in Alcorano proponat, ad
euitandam tamen legentium, uel audientium nau-
seam, semper aliquid noui facete adiungat. Alibi
uinum; hic pinguissimum: alibi in cyathis, aut can-
tharis; hic in cadis, uel dolijs obsignatis exhibet.
Eiget has nugas toties repetere: liber nihilominus
illud à Moslemij curiosius exquirere, cur scriptos
uinum in cadis obsignatum (alites habeant,
quos resignare nulli liceat, nisi ipsis. An ne
ad uina ipsa incorrupta seruanda, ne euanes-
cant, aut acescant? an uero ad eadem à furaci-
bus ministrorum manibus, pulaque custodienda?
Neutrum puto dicere audent. Hiant saltem
Prophetam suum magnum esse nebulonem, qui
tam futilia, ac ridicula in Paradiso reperiri,
uel sibi, uel alijs persuadere conetur. Non pos-
sum hic dissimulare admirationem meam, cur Maku-
metus, cum à sibi uinum ut rem illiciam, atque im-
mundam, diabolique inuentum damnauerit, hic tamen
adeo illud commendet, ut cellaria in Paradiso, cadis?
sigillo

sigillo munitos ad vinum servandum reponas: atque
a illius potum aspirare iubeas eum, qui ad veram
felicitatem aspirat. Respondebunt Moslemi, vinum
Paradisi non esse eiusdem generis, ac nostrum. Verum
non negabunt esse vinum: Quod si negent, dicantque
esse nescio quam aliam speciem, seu genus potionis:
fatebuntur stultum, et impium fuisse Mahumetum,
qui nomen vel immunde, illicite, et a Diabolo inven-
te, vebus Paradisi imponas

سورة الانشقاق مكّية
ثلث وعشرون لـيّة

SURA LXXXIV.

SCISSIO:

Meccana: commatum xxiij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Cum Cælum scissum fuerit.
2. Et obtemperaverit Domino suo, et ex debito adactum fuerit ad hoc.
3. Et cum terra extensa fuerit.
4. Ejecerit quod est in ipsa [nempe mortuos] et vacua remanserit.

5. Et obtemperauerit Domino suo, et ex debito adacta fuerit ad hoc.

6. O homo, certè tu festinaturus es ad Dominum tuum festinando, et occursurus es illi.

7. Porrò ille, cui datus fuerit liber suus in dextera sua,

8. Mox iudicabitur iudicio facili.

9. Et profecisceris ad familiam suam in Cauadisum hilaritate perfusus.

10. At uero cui datus fuerit liber suus post tergum suum: mox immanabit perditionem ex desperatione,

11. Et descendes combuendus in barbarum.

12. Quippè ipse fuit in familia sua, dum uiueret insolens.

13. Ipse namque existimauit, se nunquam rediturum ad Dominum suum. Vtique erat rediturus. Porrò Dominus eius erat in eum intuens.

14. Itaque non iuxo per rubedinem rebietam à Sole in Horizonte post occasum suum;

15. Et noctem, et quod congregas nox animantium

16. Et Lunam cum collecta fuerit [i. plena]

17. Quod uos certè fetemini in boatum à stabu.

18. Quid porrò est illis, quod non euadant?

19. Et cum legitur illis Oleovanu, non adorant?

20. Quin potius qui sunt infideles, mendacij insimulant illum.

21. Sed Deus [illegible] est scientissimus deo eo, quod

congerunt

congerunt impietatis in libris suis
℣. Annuntia ergo illis poenam dolorificam.
℟. Verumtamen qui crediderint, et operati fuerint
recta, pius erit merces indeficiens

Notæ.

Ex primo versu desumitur inscriptio الانشقاق, Scissio. Hanc vero plerique Meccanam, aliqui Medinensem faciunt. Illius versus alii tres, alii quinque supra viginti enumerant. De praemio Lectoris hic habes Zamchascenius ex ipso Mahumete: من قراء سورة انشقت اعاذه الله ان يعطيه كتابه وراء ظهره. Qui legerit Suram Scissionis, liberabit eum Deus, ne detur illi liber suus post tergum suum.

3. Et cum terra extensa fuerit] Explicat Zelal زيد فى سعتها كما يمد الاديم ولم يبق عليها بناء ولا جبل: cum aequa fuerit in latitudine sua in morem pellis, quando extenditur; nec remanserit in ea aedificium ullum, aut mons ullus.

6. Certe tu festinaturus es] Videntur hae accipienda, tanquam responsiva superioribus: nempe, cum ea-rum sententia sit, homo festinanter iturus est ad Deum, ut a eo iudicetur. Ad Zelal putas, nullam fieri esse responsionem, sed subintelligi homo inveniet id, quod operatus fuerit. Verba vero sequentia, O homo ita explicas: يا ايها الانسان انك جاهد فى عملك الى لقى ربك وهو الموت فملقيه اى ملاق عملك المذكور من خير او شر يوم القيمة.

Chomo si tu studiosè operatus fueris ad occurrendū
Domino tuo in morte: inuenies operatua tua bonaque
mala in die Resurrectionis. Neque negari potest, Arabi-
cum verbum ﻋﻤﻞ propriè significare, studiosè operari.
Quamobrem potest Zelalis, et aliorum Expositorum
sententia probari. Neque enim nouum est in Alcorano
sententias truncas esse, et ipsi premissis nihil res-
pondere: quod sanè maximè positionis manifestum
est argumentum.

10. Liber suus post tergum suum] Deo non in dextera,
sed à tergo in sinistra tradetur Infideli liber suus,
quia, ut scribit Zelal, يُغلّ يمناه الى عنقه وتُجعل يسراه وراء
ظهره فياخذ بها كتابه: Alligabitur dextera eius
collum eius, et ponetur sinistra eius post tergum eius,
et ita accipiet illa librum suum.

15. Insolens] Arabicè ﻣﺴﺮﻭﺭ, quæ dictio saepenumero ha-
betur de Iusto, qui saluabitur, ibique hilarem, seu
hilaritate perfusum ex qui sua origini significat.
Hic uerò dissolutum potius, ac præcipitia lætitia insole-
scentem notat.

14. Itaque non iuuo] Vide quæ supra dicta sunt.

17. Feminii in statum à statu] Arabicè ﻃﺒﻘﺎً ﻋﻦ ﻃﺒﻖٍ
تركبت: Equitabitis, uel nauigabitis in coopertorium
à coopertoris: seu à contignatione in contignationem.
Ximirum, ut explicat Zelal, transferemini à uita
in mortem, et a morte in resurrectionem

Resurrectionis

1. Quod in die Judicij evadendus sit uniuique libellus operum suorum, Justis quidem in dextera, iniquis autem in sinistra post tergum, eo quod dexteram habeant ad collum alligatam: inepte, et fabulę prorsus censendę sunt, si literaliter, ac materialiter, prout uerba sonant, et prout Moslemi ecclesiæ tenent, accipiantur. Nam si mystice, uel allegorice sumantur, fortasse aliquo modo excusari, uel tolerari.

2. Hic etiam Deum per uerba sacrilega iurantem induxit; per quas si iurantem aliquem hominem audiremus, apertissime illum impietatis damnaremus. Horret sane animus, dum audit tam impia [illegible], tamque [illegible] iuramenta Deo tribui à Mahumeto: mirumque est, quod Moslemi ea hic Alcorani impostura non agnoscant

سورة البروج مكّيّة
اثنتان وعشرون اٰية

SVRA LXXXV.

TVRRES.

Meccana: commatum xxij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

289

1. Per Cælum habens Jurives.
2. Per Diem promissam.
3. Per Testificantem, et testificatum.
4. Ossiũ Illorum sũnt soror Fovea,
5. Ignis habentis materiem ad comburendum.
6. Dum ipsi. Nexus essent circa eum sedentes.
7. Et ipsi circa eum, in eo, quod faciebant contra Fideles evant vestes [i. presentes]
8. Neque ulti sunt de illis [i. erueiauerunt eos], nisi quia credebant in Deum Omnipotentem, Laudans
9. Cui est Regnum Cælorum, et Terræ: et Deus super omnem rem est restis.
10. Certè qui hoc modo torserunt Fideles viros, ac Fideles Mulieres, deinde non egerunt pœnitentiam: ipsis erit pœna Gehennæ, et ipsis pœna combustionis.
11. Porrò qui credidernt, et fecerũt recta, ipsis erunt horti, currens de sub illis flumina: hæc eis felicitas magna.
12. Certè vehemens Domini tui in puniendo sanè est valida.
13. Ipse quidem producit, et reducit.
14. Et ipse quidem est Inductor, Amator.
15. Possessor throni gloriosi.
16. Operator illius, quod vult.
17. An pervenit ad te historia exercitum.
18. Pharaonis, et Thamud.* Sed qui non credere, sunt in insimulatione mendacij [i. negant ut falsum

*19.

ut falsum, idque illi prædicatur]

29. Et Deus à tergo eorum est circumdans eos, ne possint effugere. *Atqui hic est Coranus glo- *21.
riosus, Scriptus in Tabula custodita *22.

Nota

Titulus est البروج, Turres, atque ex primo versu desumitur. De loco Turr, et numero versuum, non inueni inter Authores dissidium. Præmium lectoris erit: من قرأ سورة البروج اعطاه الله بعدد كل يوم جمعة ويوم عرفة يكون له عشر حسنات فى الدنيا. Qui legent Suram Turrium, dabit illi Deus pro numero singulorum dierum Veneris, (seu festæ sextæ), et omnium dierum visitationis mentis Araphat, quandiu vixeris in hoc Mundo, decem bona.

1. Per Cælum habens Turres] Intelliguntur hic iuxta Celalem, et alios communiter, nomine Turrium, duodecim signa Zodiaci. Sed ut scribit Jahias: قيل البروج النجوم العظام وقيل هو قصور فى السما: quidam aiunt, has Turres esse Stellas maiores: alijque vero esse ædes Turres, seu palatia in Cælo.

2. Et diem promissam] Intelligunt communiter diem Resurrectionis.

3. Et testificantem, et testificatum]. Celal: و شاهد يوم الجمعة ومشهود يوم عرفة. Testificans, est dies congregationis (i. dies Veneris). et Testificatus, est dies visitationis mentis Araphat. Jahias: وقيل الشاهد محمد ص والمشهود يوم القيمة: Aiunt alijqui, Testificantem

Ille Mahumetum sanctæ memoriæ: Verbificatum autem esse
diem Resurrectionis.

+. Occisi sunt] Arabice قُتِلَ : Occisi sunt. explicat
Celal الجلال, Maledicti sunt, seu maledicti sunt.
Auctor Foveæ] اصحاب الاخدود : Socij Foveæ. Non obscu-
rè innuit historiam sanctorū Martyrum, qui in Arabia sub Bu-
naan tyranno Judæo pro Christi fide passi sunt, coniecti in foueā
succensis lignis plenam. Ita autem rem narrat hoc loco Jakiut

قال محمد ابن اسحق هم اهل نجران كانوا على دين عيسى عم فخيرهم الملك دين اليهود
والقتل فاختاروا القتل فشق لهم الاخدود الهب فيها النيران وقتل فيهم. قال الحسن كان
اصحاب الاخدود ثمانين بين رجل وامراة فاخذهم المشركون فخدّوا لهم اخدودًا فى الارض
ثم اوقدوا لهم نارًا ثم امتحنوهم فجعلوا يقولون للرجل والمراة اما ان تترك دينك واما ان نقذفك
نقذفك فى النار فيقول ما انا بتارك دينى لشئ فيقذف فيها فيحرق وبقيت امراة ومعها
صبى فتهيبت فقال لها الصبى امضى ولا تنافقى فمضت فاحترقت قال يحيى كان صغيرًا
لم يتكلم قبل ذلك وقال مجاهد وذلك بنجران وقيل ان الذين حفروا النار كانوا فوق الحفر
فقال الله عز وجل اذهم عليها قعود وهم على ما يفعلون بالمومنين شهود من تخويفهم
اياهم النار فارسل الله النار عليهم فاحرقهم ونجى المومنين. Dixit Mahamad
filius Isbae: Hi erant habitatores Nageran, et profite-
bantur Religionem Jesu, cui sit pax, deditque illis Rex
optionem, ut vel Judaismum, vel mortem eligerent.
At illi elegerunt mortem. Hunc in finem Rex apeni
foueam, atque ignem vegeti, in eamque coniectos oc-
cidi. Dixit Hasan: Fuerunt Socij Foveæ octoginta,
partim viri, partim mulieres. Cumque infideles
eos apprehendissent, effoderunt illis foueam in terra,
in qua ignem succensum illis ostenderunt. Deinde
egerunt eos tentare, ac dicere singulis viris, ac mu-

mieribus

mulieribus: Aut relinque Religionem tuam: aut
conjeciemus te in ignem. Singuli autem respondebant:
Ego propter nullam rem deseram Religionem meam.
Quamobrem in ignem conjecti comburebantur.
Remansit autem mulier una, quæ habebat sub
infanculum. Cum autem hæc timorem horrendum
dixit ei infantulus. Vade, et ne impiam horren-
dam. Tunc illa ebiit, et combusta est. Dixit Jahia:
Erat hic parvulus, nec unquam antea loquens fuerat.
Dixit Mogiahed: Evenit hoc in Nagevan. Fertur
autem eos, qui foderunt foveam implentes igne,
retinisse reginam: quamobrem dicitur in Al-
coranō: Cum essent supra illam sedentes: et
ipsi super id, quod faciebant contra Fideles, erant
testes; cum scilicet eos igni aspectu terrebant.
Sed Deus immisit ignem super eos, et combussit
eos, liberavitque Fideles. Notandum hic venit,
primò, Authorem hunc pro Socijs Foveæ, intelligere
Christianos Fideles, qui in fovea illa combusti sunt:
cum Zelal, et alij intelligant infideles, qui foveam
fecerunt, et in ea Fideles combusserunt. Secundò
apparere in hac narratione manifestam contra-
dictionem, dum primò asserit, Fideles combustos
fuisse in fovea: deinde dicitur, Deum misisse ignem
super infideles, eosque combussisse*: et Fideles liberasse.
Tertiò, verba illa Alcorani, وقود عليها اذ هم: quæ ego
recti: dum ipsi essent circa eum (id est ignem) sedentes:

* quod, juxta Zelal, fundatur in illis verbis §. 10. et ipsi ipsa combustionis.

~~Ex~~ omittit ab Authore: dum ipsi essent super eam (id est foucam) sedentes. Nam particula Arabica على, equi bene significat super, ac circa.

13. Et ipse quidem producit, et reducit] explicat Jahia خلق ويبعث في يوم القيمة: Creat homines, et resuscitabit eos in die resurrectionis.

21. Coranus] scribit. Arabice القران Alcoranus cum articulo: Ita scite Jl Corano: et قران Coranus, sine articulo.

22. in tabula custodita] De hac Tabula ita Zalal: هو في الهوا فوق السما السابعة محفوظ من الشياطين ومن تغيير شي منه طوله ما بين السما والارض وعرضه ما بين المشرق والمغرب وهو من درة بيضا قاله ابن عباس. Hæc est in aëre supra septimum Cælum, custodita a Dæmonibus, et ab omnimoda mutatione, seu alteratione eorum, quæ in ea scripta sunt. Longitudo tanta est, quanta a terra ad Cælum: et latitudo quanta ab oriente ad Occidentem: et fabula est ex unica margarita candida. Ita refert Ebnabbas. Alia multa fabulantur Arabes de hac fabula custodita.

Refutationes

1. Sic etiam injusti iuramento introducitur Deus se se obstringere, adductis in testes ignotis rebus prorsus incongruis: neque tamen quod iuret satis intelligitur. Non enim Divino iuramento opus erat, ut crederent homines mortem, ac maledictionem commeruisse eos, qui Christianos igne combusserant, eo quod Religionem suam abnegare.

abnegare noluisse. Quamobrem non nisi impium, ac vanum huiusmodi iusiurandum existimandum est.

2. Et nihilominus ex hoc ipso, quod asseruerunt Deum iuvare, maledictionem, ac mortem commeruisse Iudeos, qui Christianos ad fidem propriam abnegandam, et ad Iudaicam sectam amplectendam per ignis tormentum compellere tentauerunt: et Christianos ipsos, quod pro Religione sua vendenda mortem atrocissimam subiere commendet, conceuerunt etiam ad eandem confirmandam miracula infantis loquentis: patet manifestè, Christianam Religionem, veram, sanctam, sanguine esse, et à Deo institutam, nec potuisse, saltem in ijs, quæ ad æternas illius veritates spectant, à Mahumeto immutari. Respondent quidam ex Moslemis, Christianos illius temporis diuersam habuisse Religionem ab ea, quam sequentium temporum Christiani profitentur. Atqui hoc erat probandum. Nos verò alibi manifestè ostendimus, Christianam Religionem semper eandem fuisse, præsertim quo ad illa Mysteria, quæ Alcoranus negat, et Mahumetani vejciunt.

3. Notanda hic obiter incæptissima transitio ab historia Martyrum Nazaranensium ad exercitus Shaaonij, et Shamad: et ab his ad Alcoranum

num, et ad Tabulam custoditam: dum interea
non obliviscitur Mahumetus horrorum, et
fluminum Paradisi sui

سورة الطارق مكية
سبع عشرة ايته

SVRA LXXXVI.

NOCTV VENIENS.

Meccana: commatum xvij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Per Cælum, et Noctu venientem:
2. (Quid autem intelligere faciat te quid sit
Noctu veniens?)
3. Stella penetrans;)
4. Si omnis anima certè non est super eam custos
5. Videat ergo homo ex qua re creatus sit.
6. Creatus est ex aqua effusa [i. ex sperma]
7 Qui egreditur ex lumbis, et ossibus pectoris.
8. Certè ipse ad reducendum eum in vitam post
mortem, sanè est potens.
9. Die, qua explorabuntur [illegible]

10. Neque

10. Neque erit illi ullus uis, neque adiutor.
11. Per Eum habens veditum.
12. Per serram habentem fissuras
13 Cuté hic Alcoranus est sane verum distinguens veritas uera à falsis.
14. Neque est cum futilitate
15. Cuté ipsi infideles dolosè struunt tibi technam.
16. Et ego quoque dolosè struo technam illis
17. Patienter igitur sustine infideles: sine quiete quietè paululum

Nota

Vox Arabica الطارق, significat quidquid noctu uenit, et præsertim stellas. Hâc inscribitur Sura, quæ est Meccana, et constat septendecim uersibus. De præmiis, hic scribit Zamchascenius: من قرء سورة الطارق اعطاه الله بعدد كل نجوم فى السما عشر حسنات: Qui legerit Suram Noctu uenientis, dabit illi Deus pro numero singularum stellarum cæli, decem bona.

1. Et noctu uenientem] Explicat Celal: النجوم لطلوعها ليلا: Rectas, grandes noctu oriuntur. Quidam uolunt significare Phosphorum, seu Lucifernm: alij, Pleiadas. Verum Alcoranus ipse explicat uersu sequenti, quid sit
3. Stella penetrans] Arabicè النجم الثاقب: Obscurum per obscurum. Clarè Celal: بضوئه الظلام اى الثريا او كل نجم الثاقب المضئ لثقبه Idest Pleiades, uel omnis stella quæ penetrat, et illuminat penetrans tenebras splendore suo. Verùm hæc facile dat uni-

libet, uel uidisse me intelligere: quis enim ignorat, stellas noctu uenire?

4. Si omnis anima]. Particula ﺇ, si: habet apud Arabes, sicut etiam apud Hebræos, uim iuramenti negatiui in affirmatione, et affirmatiui in negatione: ut hoc loco, in quo ita explicanda est sententia: Iuro, omni animæ, uel homini, præpositum esse custodem, scilicet Angelum.

7. ex lumbis, et ossibus pectoris.] Ex lumbis scilicet uiri: et ex ossibus pectoris fœminæ. Ita Zelal.

11. Per cælum habens reditum] Zelal. المطر لعوده كل حين quia facit redire pluuiam suis temporibus. Ita Jahias.

12. habentem fissuras] Zelal: الشق عن النبات: rimas ad educenda germina.

Refutationes.

1. Quod Deus iuret, unumquemque hominum habere custodem Angelum: superfluum omnino uidetur: nam et hoc quidam ex Philosophis etiam agnouere. Quod uero hoc iuret per cælum, et stellas, non minus ridiculum, quam impium existimandum est. Nugari manifeste uidetur Mahumetus, et seruum ageret: dum tanto apparatu præmisit, quod arduum, ac difficile sit reperire quid sit illud, quod noctu uenit: et mox respondentem facit, esse stellam, uel stellas. Nonne nos excitaret, si quis tanquam re ardua proposita quid sit illud, quod habet cornua: responderet esse bouem, uel arietem. Huiusmodi nugæ, ac diuinamenta ridicula, aliaq;

Deum proponentem inducit

in Alcoranu

Alcoranō repeiuntur.

3. Non satis fuit Mahumeto, Deum uana, et peruana iuuantem inducere: etiam falsa impijs periuris affirmantem fecit, cum scilicet idem Deus per Cahum, reuamque iuras, Alcoranum uera à falsis distinguere: neque aliquid in eo reperiri futile, uanum, aut otiosum. Alcoranus ipse tantum, tamque impium periurium patefaciet patens.

4. Videat porrò Lector quam dispares inter se, ac disputę sint in hac sura sententię, ita ut nec pes, nec caput, nec illum ex illius membris, uni reddatur formę. Verum hoc morbo totus laboret Alcoranus. Vidę quę paulo ante diximus.

سورة الاعلى مكية
تسع عشرة اية

SVRA LXXXIX.VII
ALTISSIMVS:

Meccana: commatum XIX.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Lauda *nomen Domini tui Altissimi.*

2. Qui creauit, deinde conformauit creatum :
3. Et qui decreuit, deinde direxit decretum
4. Et qui eduxit paseuum peccatori,
5. deinde reddidit illud fœnum aridum.
6. Faciemus re legere, neque obliuiscemis
7. Nisi quod uoluerit Deus : quippe ipse nouit manifestum, et id, quod latet.
8. Et facilitatem tibi uiam ad facillimum.
9. Itaque commonefac : quippe utilis sit commonitio.
10. Commonefiet per eam qui timet Deum.
11. Et aduersabitur eam infelicissimus.
12. Qui conjicietur comburendus in Ignem maiorem.
13. Jam non monetur in ea, neque uiues.
14. Jam felicitatem adeptus est qui purificatus fuit per fidem.
15. Et commemorauit nomen Domini sui, et orauit.
16. Sed uos infideles, præferris uitam mundanam æternæ.
17. Vita autem altera est melior, et permanentior.
18. Profectò hoc sanè scriptum est in codicibus prioribus.
19. Codicibus Abrahæ, et Moysi.

Nota

Apud plerosque epigraphe est Lect. Abissimus. Quidam

Quidam tamen codices habent سبّح, Laudat. Vtraque dictio in primo versu reperitur. Sura Meccana est, ac nouemdecim versus complectitur. Qui eam legerit اعطاه الله عشر حسنات بعدد كل حرف انزله الله على ابراهيم وموسى ومحمد; Dabit ei Deus decem bona pro unaquaque litera scripta in codicibus missis à Deo ad Abraham, Moysen, et Mahumetum.

2. Conformauit] Arabice سوّى, equauit, seu equale fecit, idest numeris omnibus absoluit.

3. Decreuit] Arabice قدّر; Vsurpatur in Alcorano pro significanda Diuina praedestinatione, ad quam sequitur directis per media ad illam à Deo ordinata; non quòd tantum sapuerit homo impius, et idiota; sed quòd aliorum linguâ loquebatur, tanquam psittacus loquebatur.

6. Faciemus te Legere] idest repetere verba Alcorani; dum legitur tibi à Gabriele. Gelal: وكان كل يجهد بالقراة مع قراة جبرايل خوف النسيان فكانه قيل له لا تعجل بها انك لا تنسا ولا تتعب نفسك بالجهر بها: Recitabat Mahumetus Alcoranum elata voce sequens lectionem Gabrielis (et in hoc linguam deeleuabat) ob timorem obliuionis. Quasi ageretur hic dicitur illi: Ne accelares lectionem, quia non obliuiscens illius: neque defatiges te ipsum elata voce legendo.

8. Ad facilimum] Explicat Gelal: للشريعة السهلة

10. In Ignem maiorem] Explicat Gelal, in Ignem Gehennæ, qui maior est, et vehementior igne Mundi huius.

Refutationes

Nimis pueriliter introducitur Mahumetus uelutisub Pedagogo repetere ea, quæ Gabriel illi legebat ex Alcorano; quorum neque pronunciando vanissimus, uel obliuiscentur, uocis contentione, et linguæ festinatione seipsum enecabat: Quamobrem necesse fuit, ut Deus illum consolaretur, simulque admoneret, ut submissioni uoce, minoris accelerationeque Gabrielis uerba repetendo sequeretur. Nonne satis erat, Mahumetum attentis auribus Gabrielem legentem audire? quidquid erat, ea, quæ legebat uerbis linguæ iterare?

2. Appellat Mahumetus faustissimam legem Alcoranicam: nempe quam ipse docebat, et profitebatur. Et reuera talis est lex Alcoranica, quæ libidinibus omnibus laxat frena: et quamuis nonnulla aliquando difficilia præcipiat, ea tamen, nisi pene timor occurrat, facile negliguntur.

3. Vitiosus impostor consueta sibi fallendi arte. Mundanam uitam, ac temporaneam felicitatem cœlesti, atque æterne præferendam monet: Quis non uideat, Mahumetum è Thebaide, uel è Cauea prodisse, qui tantum seuerarum contemptum ostentet. et tamen mundanissimus ipse, ac seuerissimus erat. Sed expeditates suas tam pias, modestasque sancta regere nisebatur.

4. Allegat Mahumetus Codices antiquos sibi ab Alcorano, et alibi.

eos

* Nesio uero à quonodo consistere possit id, quod certissime credunt Mahumetani, Alcoranum non nisi per uiginti trium annorum spatium per uenientes reuelatiunculas fuisse Mahumeto dictum, cum hæc quotidiana lectione quæ caput ita ob. tundebat Gabriel [illegible] manibus Alcoranum seu, ne aliquid præter mitteret ex cognomento, quem ita semel in atro totum dedit Mahumeto ostendebat, quo. pro uel libito illum et uidere, et legere posset. Vtut accedit ex Vita Mahumeti, et ex ipso Alcorano constare, Mahumetem ipsum seruasse, et ab ipso seruari libros Sabeiæ, illosque legisse, ac tradidisse. Vide quæ diximus in Quæstione de Alcorano, et alibi.

a. com.

et Moysi, asseritque in illis scriptum reperiri id, quod in hac Sura continetur. Codices Arabe cum nullibi sint, nec unquam (forte) extiterint, frustrà in rebus adducuntur, nisi in codicibus Moysi, scilicet Pentateucho, si quis hanc Alcorani Suram reperiat, erit mihi magnus Apollo

سورة الغاشية مكية
ست وعشرون اية

SVRA LXXXVIII.
OPERIENS.

Meccana: commatum xxvj.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. An peruenit ad te* narratio Operientis? *Italice La nouella
2. Vultus aliquorum die illa erunt demissi
3. Velut operantes, laborantes [1. labore fatigati]
4. Ingredientur æstuandi in ignem ardentem
5. Potabuntur ex fonte feruentissimo.
6. Non erit illis cibus, nisi ex Dharih
7. Qui non pinguefaciet, neque depellet famem
8. Vultus uero aliquorum erunt die illa iucundi.
9. De studio suo in operibus bonis contenti.

10. In horto sublimi collocabuntur
11. Non audietur in ea futilia loquentem
12. In ea erit fons currens.
13. In ea erunt lectuli excelsi,
14. Et cratheres appositi ad bibendum,
15. Et pulvinaria ordinatim dispositi,
16. Et tapetes expansi.

Saltus extra chorum nimis inepte

17. An ergo non respiciunt ad camelum, quomodo creatus sit,
18. Et ad cælum quomodo elevatum sit.
19. Et ad montes quomodo plantati sint
20. Et ad terram quomodo expansa sit

Impia commonefactio

21. Itaque commonefac illos, quippe tu es tantummodo commonitor.
22. Non es super eos violenter imperaturus.
23. Verum qui terga verterit, et noluerit credere
24. Punivit eum Deus pena maiori [i. Gehenna]
25. Certe ad nos erit reditus eorum.
26. Tum sane nostrum erit exigere rationes ab eis.

Note.

Inscriptio Arabice الغاشية, Operiens, desumitur ex primo versu, quemadmodum in multis præcedentibus, et in plerisque sequentibus fieri. De loco huius Suræ, et de numero versuum illius, nulla videtur esse controversia. Qui eam legerit حاسبه الله حسابا يسيرا benignum

benignum, ac facilem experietur Deum in reddenda ratione.

1. Experientis] Arabice est generis feminei, quemadmodum alia huiusceinodi epitheta, que ad diem Resurrectionis referuntur. Ita autem appellatur hic dies, quia, ut ait Zelal, تغشى الخلايق باهوالها: experiens eveaturas terroribus suis.

6. Nisi ex Aharith] Vox Arabica حرث, significat debilitatem, maciem, ac flaccidinem. Hic intelligitur esse species arboris spinose, ac uirulente.

11. Futilia loquentium] Arabice لغية, generis feminei, fortasse quia proprium est femineum ouium, ac futilia loqui. * refertur ad نفس, animam, seu personam. Aj: loquens لاغ non audit narrat. tu Mahumete futilia loquentes. لغية

Refutationes

1. Iam prope exactus dies Resurrectionis in Alcorano facta est mentio. Quamobrem non nisi ineptissime interrogatur hic Mahumetes, utrum audiant unquam حديث, idest narrationem nouam, atque antea inauditam eiusdem diei.

2. Ea, que hic habentur de cibo, potuque damnatorum possunt aliquo modo tolerari, saltem si parabolice accipiantur: quamuis Moslemi proprie intelligant. Que uero de hortis, fontibus, lectulis, uasculis, puluinaribus, et tapetibus Beatorum confinguntur, ita in superiore

* Quidā codices habent لغية generis feminei audite: at pro لغية habent لغية futilia loquacem: de futuro uerbum audiet

ino

tanquam summe & felicitati minime conuenientia reiecta sunt.

3. Ingressa prouisus, et ridicula est hic d' die Resurrectionis, et penis Gehennæ, ac felicitate Paradisi, ad Camelum transitis; a Camelo autem ad Cælum, ad montes, et ad terram, non minus ingressa. Verum quid non ingressum, et inconcinnum in Alcorano, quem tamen Mostemi ita sapienter compactum, ac dispositum iactant, ut nullus, nisi Deus, illius author esse potuerit?

4. Fingit hic, ut alibi, præcipi à Deo, ne diuè ageat cum infidelibus, neque violenter eos trahat ad religionem, sed solum eos commoneat; hoc enim tantummodo ad eum pertinebat. Verum quantopere hæc per duram gladij ætatem cessauit, atque abrogauit. Sed satis de hac re alibi diximus.

سورة الفجر مكية
ثلاثون اية

SVRA LXXXIX.

AVRORA.

Meccana: commatum xxx.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Per *Auroram*:

2. Et noctes decem.

3. Et coniunctionem, et separationem

4. Et noctem quando accedit, et recedit.

5. An in hoc non est iuramentum præclaro intelligentia

gentis?
6. Nonne animaduertisti, quomodo se gesserit Dominus tuus cum Aegis.
7. Cramęis, habentibus columnas.
8. Quibus non fuit creatum simile ęgysis in regionibus:
9. Et Thamudęis, qui excauabant rupes in Valle.
10. Et Pharaone authore paxillorum:
11. Qui exorbitanter se gerebant in regionibus.
12. Et multiplicauerant in illis corruptionem.
13. Quamobrem effudit super eos Dominus suus flagellum pœnę
14. Quippe Dominus tuus sanè est in obseruatione
15. obseruat omnia opera hominum
15. Verò homo, ubi experimentum fecerit eius Dominus illius rebus secundis
16. Et honorauerit eum, et beneficauerit eum.
17. Dicit: Dominus meus honorauit me.
18. At verò ubi probauerit eum rebus sinistris et arctauerit super eum prouentum suum.
19. Dicit: Dominus meus despexit me.
20. Neguaquam ita est: sed vos non honoratis orphanum.
21. Neque excitatis vos ad cibandum pauperem
22. Et comeditis hęreditatem mutierum, et puerorum comestione validâ. 21. auiditate magna

23. Et diligitis eos dilectione uehementi.
24. Ita est. Cum communibus fuerit seruo minutatim.
25. Et uenerit Dominus tuus, et Angelus [u. Angeli] ordinatim [u. in ueris dispositi]
26. Et adducta fuerit die illa Gehenna: die illa recordabitur homo malorum suorum pretentorum:
27. Sed quando proderit unde erit ei recordatio.
28. Dicet: Utinam ego premisissem bona opera uitæ meæ. Sed die illa non puniet pœna eius ullus: et non ligabit uinculo eius ullus.
29. O anima fiduciam habens, reuertere ad Dominum tuum contenta, accepta [mihi]
30. Et intra inter seruos meos, et ingredere Paradisum meum

Nota.

Ex primo uersu desumitur Insenptis الفجر Aurora. Dubium porrò est inter Expositores, utrum Sura Meccana sit, an uero Medinensis. Jahias ponit مكية Meccanam omnem. Celal مكية او مدنية, Meccanam, uel Medinensem. In enumerandis etiam uersibus non conueniunt: quidam enim triginta: quidam nouem, ac uiginti: quidam duos supra uiginti recensent. Sed primus computus est communior.
De premio Lectoris hæc habent: من قراء سورة الفجر فى الليالى العشر غفر له ومن قراءها فى سايرالايام كان له نورا يوم القيمة

Qui

Qui legerit Iuram Aurore in noctibus decem, veniuntur ei peccata. Qui autem legerit eam egressis diebus, erit ei lux in die Resurrectionis.

2. Et noctes decem]. Explicat Gelal عشر ذى الحجّة; decem noctes mensis Dhulhoggiat, idest peregrinationis: seu potius decimam noctem eiusdem mensis: vel, ut alij malunt: trey noctes illius, decimam scilicet, undecimam, ac duodecimam. Est autem hic mensis sacer apud Arabes.

3. Et coniunctionem, et separationem]. Arabice والشفع والوتر. Diuersimode exponunt Mostemi hæ duæ voces, ut patet ex Zamchascevio, cuius hæc sunt verba: الشفع والوتر امّا الاشيا كلّها شفعها ووترها واما شفع هذه الليالى ووترها: ويجوز ان يكون شفعها يوم النحر ووترها يوم عرفة لانه تاسع ايامها وذاك عاشرها: وقد روى عن النبى ص انه فسّر ما بذلك وقد اختلفوا فى الشفع والوتر; Coniunctio, et separatio, vel significat res omnes, ex quibus alię sunt coniunctę, alię separatę: Vel coniunctionem prędictarum noctium, et separationem earum (nempe omnes simul coniunctas, et singillatim acceptas). Potest etiam diei coniunctionem earum esse diem macbationij earum: separationem vero, diem Arayhas (qua scilicet peregrini visitant montem Arayhas): quia hic est nonus dierum eius, et ille decimus. Habetur autem ex traditione, Mahumetum ipsum id declarasse hęc verba. Iam vero multiplicatę sunt expositiones coniunctionis, et separationis. Jahias affert aliam expositionem ex Cottada: الشفع

الله

الخلق والوتر: Coniuncta sunt creaturæ: separatio autem (seu singularitas) est Deus. Quidam exponunt: par et impar. Celal: الزوج والفرد Coniugata, et separatim

+ (Italice, Cani, e casso)

S. Anin hoc non est iuramentum] Sensus est: Nonne iuramentum factum per omnia supradicta, uel per hoc ultimum, est grauissimum apud uiros prudentes, et cordatos? Vah nebulo.

7. Cranéis] Arabice إرَم: est appositum Adeis, ad significandum عاد الاولى, Adeos priores: nam fuerunt alij posteriores, ut alias dictum est. Dicuntur autem hi Adei ذات العماد, prædicti columnis, uel habentes columnas, quia eorum statura erat in modum columnarum. Venim scribit Celal: كان طول الطويل منهم اربع مائة ذراع: Altitudo grandioris staturæ inter eos erat quadringentorum cubitorum. Hui.

9. Excauabant rupes in Valle] Nimirum excidebant rupes, ut ex iis sibi domos efficerent. Hoc autem dicitur factum fuisse in Valle, quæ, ut notat Celal eadem est, ac وادى القرى, Vallis urbium, nomen proprium loci.

10. Fuchore paxillorum] Vide quæ supernis dicta sunt de hoc genere supplicij à Pharaone inuenti.

26. Et adducta fuerit die illa Gehenna] Adeo literaliter, ac materialiter accipiunt Mostemi Orthodoxi dicta. Ideo rani, ut putent, Gehennam, non esse, ac penitus aliquam adducendam esse in locum supremi Iudicij. Quamobrem scribit hic

Celal:

Gelal: تُقاد بسبعين الف زمام كل زمام بايدى سبعين الف ملك لها زفير
وتغيظ. *Ducetur Gehenna septuaginta millibus habenis: et unaquaque habena trahetur à septuaginta millibus Angelis. Ipsa uerò indignaba, absque ira ita mugiet.*

Cas. *Sed die illa non punict pœna eius ullus* Verba perobscura, expositio Gelalis ita dilucidat: لا يعذب احد مثل تعذيبه ولا يوثق مثل ايثاقه. *Nullus puniet (id est potent unquam cruciare alium) pœna, quæ sit similis punitioni illius (nempe Dei, uel diei Iudicij): neq; alligabit uinculis, eo modo, quo ipse alligabit.*

Cg. *Contenta, acceptaq;* Arabicè راضية مرضية: uix potest latinè reddi, nisi adiuuamus: *complacens tibi ipsi, et complacita Deo, seu, et in qua Deus sibi complaceat.*

Refutationes.

1. Interim, quater Deum per quatuor ods uanissimas iurare confingit: et nihilominus, huiusmodi iuramenta à uiris sapientibus ac prudentibus grauissima existimari contendit. Quod uerò mirum est, subtrahitur quid Deus iuret, neq; ex antecedentibus, neq; ex subsequentibus diuinari potest. Gelal, Zamchascrius, et alij putant subintelligendum: لتعذبن يا كفار مكة: *Certè puniemini, o infideles Meccani.* Ita explent Moslemi sapientes hiatus, et replent lacunas Alcorani; adò ut dimidium illius ad Mahumetú, dimidium ad Expositores pertineat: et, si quis legatur, uix ullus ex eo sensus integer elici potest.

2. Quamuis de Ageorum & amgeorum monstrosa natura obscurius loquatur Aleoranus, neque in verborum illius expositione omnes conueniant: celeriores tamen Expositores, et præsertim Gelal, et Iahias admittunt eorum staturam peruenisse usque ad altitudinem quadringentorum cubitorum. Quis uero sanę mentis sibi persuadeat, huiusmodi monstra in rerum natura unquam rěperta fuisse? Sěd non mirum, quod Mahumetani etiã sapientiores hoc credant, cum ijdem tanquam certam, et indubitatum tradant, Og Regem Basan viginti nouem milliũ, et triginta, cubitorum altitudinem habuisse! Et mirabimur deinde, huiusmodi hominum genus Aleoranicis mendacijs tantam fidem habere, qui tam absurdis, tamque ridiculis fabulis fidem habeant.

3. Notanda hic Mahumeti hypocrisis, ac nequitia, dum ita Orphanorum, ac pauperum curam commendat; et mulierum, puerorumque hęreditatem inuadentes, atque opes auention studio affectantes uituperat; cum tamen ipse in his ijsdem rebus esset uituperabilissimus.

4. Nouum ex Aleorano porrěctum habemus: adducendam scilicet Gehennam in die Resurrectionis. Et ne quis forte putaret, hanc esse loquendi formam metaphoricam, tradunt Expositores (+ ut uidimus in Notis) adducendam esse ad alligatam septuaginta millibus habenis

a. co

habenis, quarum unaquaque à septuaginta millibus Angelis trahenda sit: ipsam verò indignatam, atq; iratam, magistros ejusdem verberare. Putant scilicet Mosleimi immanem aliquam setuam, vel monstrum esse ferocissimum.

سورة البلد مكّية
عشرون اية

SURA XC.

REGIO.

Meccana: commatum xx.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Non juro per hanc regionem.
2. (Et tu es residens in hac regione)
3. Et per genitorem, et quod genuit genitans.
4. Jam quidem creavimus hominem in erumna.
5. An existimat, quod non habiturus sit potestatem supra se ullus?
6. Dicit: Absumsedi divitias copiosas.
7. An existimat, quod non viderit ipsum ullus?
8. Nonne fecimus illi duos oculos:
9. Et linguam, et duo labia.

613

10. Et direximus eum sub duas uias [nempe boni, et mali].

At 11. * Attamen non transcendit ethnositatem.*

12. Quid autem faciet te intelligere quid sit ethnositas?

13. Solutio seruitij [l. redemptio captiui]

14. Aut cibare in die fame[n]te famem [l. tempore famis]

15. Orphanum habentem propinquitatem [l. consanguineum]

16. Aut pauperem habentem stratum terrenum [l. humi dormientem]

17. Deinde fuit ex ijs, qui credidérunt, et commendauerunt sibi mutuò patientiam.

18. Et commendauerunt sibi mutuò misericordia.

19. Hi erunt socij dextere

20. Qui autem inreuerentiæ fuerint in signa nostra, hi erunt socij sinistræ: super eos ens ignis fornicatus [l. ambiens eos in modum fornicis]

Notæ

De Suræ inscriptione, et loco: et de numero uersuum illius, nihil occurrit, quod peculiari nota dignum sit. De premio lectoris ita Jamehascenius: من قرء سورة البلد اعطاه الله الامان من غضبه يوم القيمة Qui legerit suras Regionis, dabit illi Deus securitatem ab ira sua in die Resurrectionis.

1. Non iuro per hanc Regionem]. Omnes conueniunt

ueniunt, Regionem hanc esse Meccam, in qua Mahumetus indigena residebat. Hic etiam aduerto, particulam negatiuam ♂ non, existimari ab Expositoribus superfluam.

3. Et per generantem, et quod genuerunt]. Nempe, per genitorem, et genitum, seu genitos. Explicat Gelal آدم وذريته: Adam, et generationem eius, seu genitos ab eo, uel posteros eius. Zamchascenius pro generante intelligit etiam ipsum Mahumetum, uel Ismaëlem, aut Abraham. Alij simpliciter uolunt, hic intelligi omnem generantem, et omnem genitum

5. An existimat]. Suggillat hic iuxta Gelalem, superbiam, et iactantiam cuiusdam nobilis Coraisitæ nomine ابو الاشدّين Abul-Aseiadain. Alij tamen iuxta Zamchascenium, uolunt notari الوليد ابن المغيرة Walidum filium Mogheirę, horum alterutrum gloriabatur, se diuitias pessumdedisse pro sustinendis inimicitijs contra Mahumetum inimicitijs.

11. Attamen non transcendit clinositatem] Arabicè: فلا اقتحم العقبة: Locus obscurior. Porrò عقبة dicitur iugum montis, seu pars montis, quę difficilius ascenditur. Hic ratio inde petitur explicatur à Mahumete per liberationem captiui. Porrò Gelal exponit per interrogationem ھا Nonne, ironicè, ut alibi notauimus in sensu negandi. Verbum autem اقتحم interpretatur جاوز pertransijt. Sensus igitur est: Non redemit captiuum:

14. Aut cibare in die habente famem] Nimirum per cliuosi-

tatem, intelligit etiam cibare pauperem in die habente famem,
idest, tempore famis.

17. Deinde fuit ex ijs qui crediderunt] Jahia: ثم كان الذى فعل ذلك من الذين آمنوا: Deinde fuit, ille qui hoc fecit (nempe qui redemit captivum, cibavit pauperem &) ex ijs, qui crediderunt &. Sed Gelal, et Zamchascrius condetunt eum اقتحم, ita ut hic etiam oportet particula negativa لا, et sensus sit, Deinde non fuit ex ijs, qui crediderunt &. Adeò confusus et obscurus est Alcoranus in suis sententijs, ut Moslemi ipsi in ijs explicandis incerti sint an aliquid affirmet, an verò neget.

Refutationes

1. Jurat Deus per Regionem Meccanam, et per genitorem, et genitum, seu per patrem, et filium, se evasse hominem in grumnis, miserijs, et laboribus: nam ita exponunt Doctores Mosleмi dictionem بلد: et Interpres Gallicus propriè expressit, dans la misere. Huiusmodi autem iuramentum non solùm vanum est, et impium, ut egregia asseverat; sed etiam falsum; ita ut perperam Deo tribuatur. Ipse enim Deus non in grumnis, miserijs, ac laboribus, sed in maxima felicitate naturali hominem evexit. Homo verò deinde per peccatum se se in miserias, grumnasque conjecit.

2. Proponere fingitur Deus Mahumeto, quid sit العقبة ehucositas: tanquam rem intellectu difficillimam

mam. Respondetque ijse Deus, hanc esse redemptionem captiui. Quis credat, Deum huiusmodi quisquilias, ac nugas alicui proponere. Est ne res adeo cognitu difficilis, et ardua, redemptio captiui, ut existimandus sit nodus dignus vindice Deo. Ego tamen, ut ingenuè fatear, suspicor, hoc loco iuramentum nullam habere responsionem: quemadmodum alia superius: sed id, quod fingitur Deus iurare, in cerebro, ueluti calamo Mahumeti remansisse. Illa uero; Solutis cerui-ci, et que sequuntur constituere sententiam per se à superiori penitus seiunctam. Commiseranda prorsus Mahumeti, et Alcorani sors; qui cum per se inepti sint, expositores tamen Moslemi ineptiores illos faciunt.

سورة الشمس مكية
خمس وعشرة اية

SVRA XCI.

SOL.


Meccana: commatum. xv.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Per Solem, et splendorem eius.
2. Per Lunam cum subsequitur illum

3. Et diem cum fulgentiorem ostendit illum.
4. Et noctem cum cooperit illum.
5. Et Cælum, et qui fabricauit illud.
6. Et terram, et qui expandit illam
7. Et animam, et qui coequauit eam
8. Et dedit ei instinctum malitiæ suæ, et pietatis suæ [i. inclinationem ad bonum, et malum]
9 Iam felix est qui purificauit eam [i. Animam]
10. Et iam perditus est qui abscondit eam sub peccatis.
11. Mendacij insimulauerunt Thamudei Prophetam suum Saleh, ob excessum. praeuaricationis suæ.
12. Cum occurrit miserrimus eorum Cedar ad occidendam Camelam
13. Dixitque eis Legatus Dei: Hæc est Camela Dei; et hic est potus illius
14. Atqui mendacij insimulauerunt eum; et peremerunt eam. Propterea obruit eos Dominus eorum pœna ob peccatum eorum; et æqualem fecit eam omnibus
15. Et non timebit Deus ab eis retributionem ulcis eius [i. pœnæ]

Nota



de suo titulo, de loco; deque numero accessum illius, nihil occurrit peculiariter notandum.* De Lectorij præmio lege habes ex giro Mahumet

Tamehascenij:

Camehascenius: من قراء سورة الشمس فكانما تصدق بكل شئ طلعت عليه الشمس والقمر : Qui legerit suram Solis, erit ac si dedisset in eleemosynam universa, quæ Sol, et Luna collustrant.

3. Cum fulgentiorem ostendit illum] Hoc evenit in meridie.

7. Coequavit eam] Arabice سوّيها : nimirum recte conformavit, et disposuit partes eius. Hoc autem proprie dicitur de corpore : sed hic anima pro toto homine accipi potest ex modo loquendi Arabum, et Hebræorum.

8. Et instinctum dedit ei] Arabice فألهمها : Inspiravit, seu clandestino instinctu docuit.

11. Thamudæi] Jam supra de Thamudæis, eorumq; Propheta Saleh, et de tota Fabula Camelæ satis dictum est.

15. Et non timebit] Nimirum non timuit Deus ne Thamudæi sibi vicem reddevent pœnæ à se illatæ Matri ipsorum.

Refutationes

1. Septies hic iurat Deus per creaturas suas, felices esse eos, qui animam suam purificaverint : infelices vero, ac perditos eos, qui eandem animam peccatis obruerint. Atqui non erat hæc res adeo intellectu, ac difficilis, ut tot Dei iuramenta, quo casu posset, exigeret. Sed Mahumetus adeo exigeret immundus erat animo, ac tot, tantisque sceleribus

onevatus, ut nonnisi per iterata Dei iuramenta,
hanc sibi veritatem posset persuadere.
2. Nonedum errore vetera illa nervus secuti:
et dedit ei instinctum malitiæ suæ, et pietatis suæ.
Arabice: والهمها فجورها وتقواها. Quasi vero Deus
indiderit homini propensionem, et inclinationem
ad malum, quæ non ex Dei instinctu, sed ex
originali culpa in homine provenit. Deus
enim hominem rectum creavit, quemadmodum
Mahumetus ipse videtur hic versu septimo
fateri. Verum quidem est, bonum, ac malum
illi proposuisse, cum libero arbitrio amplectendi
utrum vellet. At hoc non fuit dare illi instinctum, et inclinationem ad malum, seu malitiam illi inspirare, prout Arabica verba sonant.
3. Importune omnino, et extra rem, ingerit
hic Mahumetus fabulam, totics decantatam
Saleh, et Themudæorum. Verum quid non
importunum, et extra rem reperietur in Alcorano!
Laxet admodum in eos periodos inuenias, quæ sensum con-
tinuatum efficiant. Respondent Moslemi, Alcoranum non
dixit in una summa, totum simul; sed per partes, et plenum.
per singulos versus diversis in locis, ac temporibus spatio
viginti annorum traditum fuisse; ipsos autem versus in ea
tumultuarie coniectos, in quo deinde volumen confusum
ac temere collectos fuisse; ac proinde parum, aut nihil

Vide dicta supra

a. con.

sibi

interpr̃ cohęrere: imò nescivi quid in Alcorano sib capub
quid cauda: quid traditum prius, quid posterius. Vah! Atti-
cinè liber ille tam lepidus, tam concinnus, tam miraculi,
tam eleganter, pulchrq; digestus? Hunc ego librum homini
stultissimo comparaverim, qui sitè sana, quod rarò acci-
dit, sitnè insana loquatur, nunquam tamen in proposito
persistendrat

سورة الليل مكية
احدى وعشرون اية

SURA XCII.

NOX.

Meccana: commatum xxj

In Nomine Dei Misericordis.

1. Per *Noctem, cum obvenit tenebris Orbem.*
2. *Per diem, cum clarior apparuerit.*
3. *Per eum, qui creavit masculum, et feminam;*
4. *Certè studium vestrum est vane* [a] *dissimile.* [a] *diversu*
5. *Porrò qui dederit Deo id, quod debet, et timue-*
rit eum:
6. *Et professus fuerit optimam religionem:*
7. *Facilitabimus ei viam ad facillimum* [1] *ad*

[Cavadisum]

8. At vero gli avanies fecit, et divitias cumulare studuerit.

9. Et ut falsum negaverit id, quod est optimum.

[Irempse unitatem Dei]

10. Facilitabimus ei viam ad id, quod est difficilimum [l. Gehennam]

11. Et non prodevunt ei divitiæ eius, cum præceps delectus fuerit in ignem.

12. Certè ad nos pertinet sanè diversis hominum.

13. Et profectò nobis est Nouissimo, et Prima [l. ad nos spectat disponere de futura vita, et de presenti]

14. Horrì comminatus sum vobis ignem, qui vehementer ardet.

15. Non descendet comburendus in illum, nisi Infelicissimus.

16. Qui mendacij insimulat ~~fuerit~~ udrit Mahumetu, et vergiuersatus fuerit à vocando in eum.

17. Sed longabitur abeo [+ l. ignis] Egissimus.

18. Qui dedit facultates suas, ut purus fieret

19. Et non est alli apud eum, quæ [l. abest] aliquod beneficium, quo remunerandum sit.

20. Sed beneficia confert ex desiderio faciei Domini sui Altissimi [l. ob spem remunerationis à Deo]

21. Et quidem postea sibi complacebit in eadem remuneratione.

Vide

Note

De Jure epigraphe, ac loco, deque versuum eius numero nihil hic specialiter notandum occurrit.

De Lectoris premio hic habentur: من قراء سورة الليل: اعطاه الله حتى يرضى وعافاه من العسر ويسر له اليسر. Dabit ei Deus tantum, quanto ipse contentus sit: et liberabit eum à rebus difficilibus: et facilibabit illi facilibacem. Dest omnia ei facilia concedet

4. Certè studium vestrum est sanè dissimile] Quia scilicet alij benè, alij malè operantur: alij fideles sunt, alij infideles.

17. Ejssimus]. Putat Selal per hunc Ejssimum notari Abubacrum, cognomine الصديق, Veracem, seu Justum: ita enim habet: وهذا نزل فى الصديق رضى الله عنه لما اشترى بلالاً المعذب على ايمانه واعتقه فقال الكفار انما فعل ذلك ليد كانت عنده فنزل الآية. Hæc dicta sunt pro Veraci sanctæ memoriæ. Nam cum ij enixpet Belalum, qui pro fide sua torquebatur ab infidelibus, et liberasset eum: dixerunt infideles: certè hoc fecit ob utilitatem, seu lucrum, quod speravit ab eo. Quamobrem dicitur hic de eo: Et non est ulli ab eo aliquod beneficium, quod remuneretur, idest nulli beneficuit ob spem remunerationis ab eo: sed tantum ob spem præmij à Deo recipiendi.

+ ad verbum; propter manum, quæ erat illi aliquid ab eo

Refutationes

1. Sino iuramento per res vanas disparatas

nempè per noctem quando est obscurior: per diem,
quando est clarior, et per [illegible] credrovem mas-
culi, et femine, ut vitet Deus ut homines credant,
se esse inter se dissimiles in studijs suis? Verum
quis nisi insanus, possit hæc deve dubitare? In-
uolum igitur, atque otiosum est huiusmodi inuen-
mentum, quod etiam per vèr fundas, et ~~autoritas~~ inanes
a.con: ac superstitiosas assumitur. Licet enim fortè uice Deus in
terrem videatur adhiberi: non tamen intelligi
potest, cur Deus ille adsciscatur in terrem, qui
creauit masculum, et feminam, non uero
is, qui uniuersa creauit.
2! Immeritò Alcorani expositores censent, non esse
in Gehennam detrudendos, nisi qui menda-
Mahumetum insimulauerint, et in eum credere
recusauerint. Qua enim ratione quis credat
in eum, uel uerace illum putet, qui in suo
Alcorano tot mendaciorum, atque errorum reus
deprehenditur?
3. Si Ecclesiæ ille, cuius fit hic mentio, et
cuius laudes adeò celebrantur, iuxta Expositores
intelligitur esse Abubacer, euincitur manifestè,
Mahumetum Prophetam fuisse, qui non præuide-
rit, Abubacrum contra fas omne, et ius fore
mortem suam summum sibi imperium usur-
paturum, in quo ipse met successorem suum
toties Alym destinauerat.

سورة

سورة الضحى مكية
احدى عشرة اية

SVRA XCIII.

ELEVATIO SOLIS.

Meccana: commatum xj.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Per *ℓleuationem Solis*.
2. Et Noctem, cum intempesta fuerit.
3. Non dereliquit te Dominus tuus, neque odit
4. Et certè vita nouissima melior erit tibi, quam prima.
5. Et postmodum sanè dabit tibi Dominus tuus id, quo contentus sis.
6. Nonne inuenit te orphanum, et suscepit te?
7. Et inuenit te errantem, et direxit te?
8. Et inuenit te paupervm, et ditauit te.
9. Verò orphanum ne vidtenùs tractes vsurpando eius bona.
10. Mendicantem verò ne increpes ob improbitatem.
11. Beneficentiam autem Domini tui erga te

enarra.

Note

De sure huius inscriptione, et loco, itemque de numero versuum, nihil occurrit peculiariter notandum. De lectionis varietate, hæc traduntur:
من قراء سورة الضحى اعطاه الله عشر حسنات بعدد كل يتيم وسائل:
Qui legerit suram elevationis solis, recipiet a Deo decem bona pro numero singulorum orphanorum, et pauperum mendicantium.

1. Per elevationem solis] Vox Arabica الضحى, Exponitur a Zelal اوّل النهار او كلها. Principium diei, aut totus dies. Al Jahiaro: ضوء النهار وقيل ساعة من ساعات النهار وقال الكوفي الضحى النهار كلّه: Jubar diei; vel, ut alij malunt, una ex horis diei; et iuxta Alphara, dies totus. Beidauius exponit: وقت ارتفاع الشمس و تخصيص لان النهار يقوى فيه اولات فيه كلّم موسى ربّه والقى سحرة سجدًا. Tempus elevationis solis: et speciatim signatur hoc tempus, quia in illo dies roboratur: vel quia in illo Moyses loquutus est cum Deo; et Magi Pharaonis procidentes adorauerunt Deum.

+ الغرى +

3. Non dereliquit te]. Zelal: نزل هذا لمّا قال الكفار عند تاخر الوحى عنه خمسة عشر يومًا ان ربّه ودّعه وقلاه. His revelata sunt, cum Infideles videntes Mahumetum caruisse revelatione diuina per quindecim dies, dixerunt: Dominus eius dereliquit eum, et odit illum. ~~Gaudebant scilicet Infideles, ac tumebant~~

4. Et certè vita nouissima] Nempè vita futuri seculi erit tibi felicior, quam fuerit in hoc mundo.

7. Et inuenit te errantem, et direxit te]. Zelal, et Jahias exponunt: ضالاً عمّا انت الان عليه من الشريعة: Errantem ab ea lege, in qua nunc versaris. Tamen hæc omnes præter

preterhanc expositionem, quę iudetur esse communij, refert sententiam aliquorum, qui dicunt, Mahumetum evasse dum esset puer per quemdam montem Meccę: uel in itinere quando iter puer profectus est cum Abutalebo in Syriam

Refutationes

1. En iterum impię iuramentorum. Iurat Deus per elementionem Solis, et noctem interpositam, se neque derelinquisse, neque odio habere Mahumetum. Verum quid opus erat huiusmodi iuramento, uel potius periurio? Infideles Meccani (inquit Gelal), cum cognouissent Mahumetum per quindecim dies Diuina reuelatione caruisse: affirmabant, illum à Deo derelictum fuisse, atque in eius odium incurrisse. Hęc scilicet curabant Meccani: uel hęc euidebant, qui Mahumetum nebulonem, insanum, demoniacum, seductorem, atque hominum pessimum agnoscebant, ac prędicabant. Erat ne uero adeo fungus Mahumetus, ut magis Meccanis, quam sibi ipsi euideret, se à Deo derelictum esse, et illius odium commeruisse? Quomodo uero resciuerant Meccani, Mahumetum per quindecim dies reuelationibus caruisse. Hoc certe nonnisi ex ipsius confessione cognoscere potuerant: ex quo manifestè deprehenditur, nauissimum hominem fictitias reuelationes suas per populum dissiminasse con-

consecutisse.

2. Fatetur Mahumetus, se errantem, à Deo directum fuisse. Hunc errorem non circa aliquod idolum fuisse, cum esset puer: sed circa Religionem, et agnitionem Dei per spatium quadraginta annorum, quibus Dola coluit, versatum fuisse ex testimonijs ejusdem Mahumetanorum apertè colligitur. Vide quæ pro hac veritate in vita Mahumeti, in digressione 5 octavi fusè disseruimus.

3. Nulla magna laus est Mahumeti, quòd cum esset pauper, imò pauperrimus, opulentus factus fuerit; hoc etenim pessimis fœlicitèr succedit. Atenim à Deo divitijs cumulatus est. Eadem scilicet ratione, qua prædones, piratæ, ac sicarij per ædes, furta, et rapinas ditantur. Satis est illius vitam legere. Quam dissimili via incessit Mahumetus à Christo. Hic enim cum dives esset, propter* homines egenus sponte factus est. Ille verò cum esset mendicissimus, alios iniustè spoliando, atque ad inopiam extremam redigendo, ditissimus evasit. Quomodo verò Mahumetanis credamus, dum Mahumetum non semel in extrema rerum necessitate fuisse: et ne tantumquidem cibi vilioris, quo famem sedaret habuisse, quam in illius laudem decantant: dum ipsemet sè à Deo opibus, ac divitijs cumulatum affirmet? et qua fronte, tanquà paupertatem, ut supra vidimus, ipsem emendicaret, et exigebat à suis? et quidem tunc erat in Medina sus vidimus in Jura (ut) jam potens; cui ipsi à Deo, cum adhuc esset in Mecca, adhuc homo privatus.

* ditandos

^1 ~~eodem~~ eodem tempore

سورة الشرح مكية
ثمان آيات

SVRA XCIIII.

DILATATIO.

Meccana: commarum viij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Nonne dilatauimus tibi pectus tuum.
2. Et deposuimus à te pondus tuum.
3. Quod aggrauauerat dorsum tuum
4. Et exaltauimus tibi memoriam tuam.
5. Profectò cum difficultate erit facilitas:
6. Vtique cum difficultate erit facilitas.
7. Cum autem absolueris preces; adlabora in precandò.
8. Et Dominum tuum supplex precare.

Note

Triplicem inuenio huius epigraphen exprimo uersu illius desumptam: الم نشرح Nonne dilatauimus. الشرح Dilatatio: الانشراح idem. De loco eius, numerogue uersuum non est controuersia. Praemium recepti ipsemet Mahumetus constituit his uerbis: من قرأ

سورة الم نشرح فكانما جاءني وانا مغتم ففرج عني. Qui legent suram, Nonne dilatauimus: erit ac si niniret ad me oppressum mgrore; et à tristitia sublleuaret me.

1. Dilatauimus tibi pectus tuum]. Exponit Celal بالنبوة وغيرها, per prophetiam, et alia: ninivum per predicationem, scientiam, et sapientiam, et prudentiam, ut exponit Tamehascenius; uel etiam iuxta eundem, * ab angustijs, et delictis quę tunc eum excitabat, et ignorantia. Jahias exponit بالايمان, per fidem: et addit, fabellam: ويروى ان الملك شق بطنه ثم وغسل قلبه وملئ حكمة وايمانا: et habetur ex relatione, Angelum scidisse eorpus Mahumeti, et lauisse eor eius, et impleuisse sapientia, et fide. Vide hoc figmentum in vita Mahumeti S quarto, cum adhuc esset puer.

* ازلنا عنه الضيق والحزن الذي مع العمى والجهل

2. Et deposuimus à te pondus tuum]. Pondus huius nomine intelligunt communiter Interpretes peccata Mahumeti. Celal وضعنا عنك ذنبك وزرك حططنا عنك deposuimus à te pondus tuum (idest deleuimus à te peccatum tuum). Jahias: وزرك هي الذنوب التي كانت عليه في الجاهلية: pondus tuum, idest peccata eius, quę commiserat tempore ignorantię, idest idololatrię. Tamehascenius etiam, وزرك exponit فرطاتك: excessus tuos. Vide ~~[illegible]~~ quę ad

5. Cum difficultate sit facilitas] Deus post aduersa, prospera adueniens: et ut exponit Celal, post uexationes illatas tibi ab infidelibus, succedet tibi uictoria contra eos.

Refutationes

1. Si historias, seu veriùs fabulas Moslemorum legamus, qui de Mahumetis rebus gestis scripserunt, inuéniemus eum ab ipso infantiæ, vel in ipso utero matris, innocentiæ, ac sanctitatis miraculum fuisse. Hic verò Mahumetus ipse fatetur, magnum se peccatorem fuisse, ita ut magnæ pietatis argumentum agnoscat, quod Deus grauissimo peccatorum pondere dorsum suum subleuauerit. Videant igitur Mahumetani, quem Prophetam habeant, ac venerentur: et quam ingens commentum sit, quod de illo communiter referunt, et hic non obscurè innuitur: nempè cum adhuc puer tenerrimi ætat, a duobus Angelis illius pectus dirimptum fuisse, et cor extractum, iremque dilectum ~~dirimptum fuisse~~, et extractam ab eo guttulam nigram, quæ esset portio, quam habebat Satanas in corpore eius: nempe inclinatio, seu fomes ad malum, et peccatum.

سورة التّين مكيّة
ثمان ايات

SVRA XCV
FICVS

Meccána: commatum viij.

3512

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Per Ficum, et Oleam.
2. Et Montem Synai.
3. Et hanc regionem securam
4. Iam quidem creauimus hominem in optima con-
stitutione.
5. Deinde reddidimus eum infimum inferiorum.
6. Sed qui crediderint, et operati fuerint recta:
illis porrò erit merces interminabilis.
7. Quidergo faciet te negare, ut falsam posthac diem
iudicij?
8. An non est Deus Iustissimus iudicantium?

Injusta consequentia

Nota

Particulariter inscribitur hæc Surah nempe, التين Ficus, et الزيتون Oleum. Vtraque vox est in primo versu. Quidam volunt esse Medinensem: quidam verò Meccanam: quamobrem in nonnullis codicibus scribitur, مختلف فيها Variarum in ea, idest variæ sunt de illa sententiæ eiusdem loeum, in quo tradita fuit. Premium recitationis est من قراء سورة التين اعطاه الله العافية واليقين ما دام حيًا واذا مات اعطاه الله من الاجر بعدد من قراء هذه السورة. Qui legerit Surah Ficus, dabit illi Deus indulgentiam, et firmam fidem quamdiu vixerit. Cum autem mortuus fuerit, dabit ei præmedem pro numero eorum, qui hanc Surah legerint.

1. Per

1. Cer ficum, et Oleam] Celet exponit: الماكولين او جبليين
بالشام ينبتان الماكولين: vel ipsas ficus, et oleas, quæ comeduntur: vel
duos Montes in Syria harum arborum feraces. Jahias ex Cotaeda
accipit pro duobus Montibus huius nominis. Sed libet hic referre
inepcias Zamchascerij. اقسم بهما لانهما عجيبتان من بين اصناف الاشجار المثمرة
روى انه اهدى لرسول الله ص طبق من تين فاكل منه وقال لاصحابه كلوا فلو قلت ان فاكهة نزلت
من الجنة لقلت هذه لان فاكهة الجنة بلا عجم فكلوها فانها تقطع البواسير وتنفع من النقرس
ومر معاذ بن جبل بشجرة الزيتون فاخذ منها قضبا فاستاك به وقال سمعت رسول الله
ص يقول نعم السواك الزيتون من الشجرة المباركة يطيب الفم ويذهب بالحفرة وسمعته
يقول هي سواكي وسواك الانبياء قبلي. وعن ابن عباس رض هو تينكم هذا وزيتونكم: وقيل
جبلان من الارض المقدسة يقال لهما بالسريانية طور زينا لانهما منبتا التين والزيتون ——

Iurat Deus per has duas arbores, quia hæ inter fructiferas
egregiis præstant arboribus. Habetur ex relatione, oblatum
fuisse Prophetæ Mahumeto calathum ficorum: e
quibus cum comedisset, iussit etiam socios comedere,
dicens: Certè si dixero, fructus aliquos descendisse è
Paradiso, dicam esse ficus: nam fructus Paradisi
sunt sine ossiculis. Comedite igitur ex his, nam
auferunt condylomata, seu hæmoroides, et tubercula
in naso, et digiti pedum, ac manuum, et iuuant contra
morbum arteticum, et podagram, et chiragram. Trans-
iuit autem Moab, filius Habel iuxta arborem Oleæ,
et decerpsit ex ea ramusculum, eique ea confica-
re dentes suos, et dixit: Audiui Prophetam
Mahumetum dicentem: Optimum est dentifricium
ex olea arbore benedicta: nam bonum odore con-
fert oti, et auferit dentium putredinem. Audiui etiam

eumdem dicentem: Hoc est dentifricium meum, et dentifricium Prophetarum, qui fuerunt ante me. Ex traditione autem habetur, Cham abbas felicis memoriæ didisse, hic intelligi de Ficu, et Olea arboribus. Alij tamen istius ejus duos montes in terra Sancta, quorum utrique appellatur Syriace Turzinan, quia in utroque nascuntur Ficus, et Oleæ.

3. Et hanc regionem secuam]. Nempe Meccam, quæ quare appellatur secua, alibi dictum est.

4. Jam quidem creauimus hominem &]. Communis explicatio est, hominem post infantem, ac florida iuuentuti, meliorumque annorum statum, redigi, ac deo disponente, ad miserrimum extremæ senectutis, ac decrepitatis terminum. Verum cum hic sermo sit de homine in genere, minime aptatur huic loco huiusmodi expositio, cum paucorum sit hominum ad decrepitatem peruenire, neque omnium florida, integraque iuuentute, ac uiuacitate gaudere. Necesse igitur ita debent exponi Abrami uerba: Homo creatus est à Deo in Adam perfectissimæ constitutionis, et in maxima naturali felicitate: sed deinde ad summam miseriam, et infelicitatem ob peccatum originale deuenit. Hoc ipsum fatetur non semel Abranus, cum de creatione hoc, eiusque è Paradisi felicitate ob perpetratam culpam in terrenas miserias deiectione, mentionem facit.

S. Iustissimus

8. Iustissimus iudicantium]. Arabica uersio أعدل الحاكمين, uix possunt latinè reddi: sed sententia est, Deum esse Iudicem omnium Iudicum iustissimum.

Refutationes

1. Nemo sanus non existimavet insanum hominem illum, qui ea iuramenta proferret, qæ hic Mahumetus ponere non uereatur in ore Dei, præsertim per Ficum, et Oleam: qæ sine arbores sint, siue mones earumdem arborum feraces, nihil ad rem pertinet. Si enim per hæc iurare fas sit, præsertim Deo: per quid iurare non licebit? At enim Ficus utilis est ad hæmorroides, tubercula, podagram, et chiragram sanandas. Lignum uerò Oleæ ad dentes confricandos, ac scalpendos, adquem usum etiam Prophetæ illo utebantur. Sed Tamen hæc ex Ore Mahumeti. Verum quæ nam ex rebus creatis etiam uilissima non utilis est ad multa in usum hominis? Aliter uerò Iuuenum aliqui apud suos Doctum, ac sapientem huiusmodi ineptijs tanquam solidis argumentis uti ad Prophetæ sui stultitiam, impietatemque tuendam. Sed insurgēs contra hos Doctores Mosleni authoritate Sacrarum scripturarum. Nam in Libro Cantici Canticorum non semel adiuuantur filiæ Ierusalem per capreas, ceruosque camporum. cap. 2. et 3. Et quidem Deus, qui adiuuat est ipse Deus. Exigit igitur Deus iuramentum

à filiabus Jerusalem per fenas campestres. Quid ni
ergo et per montes, et arbores liceat iurare, imò
iuret ipse Deus? Dedecuit respondetur, librum
hunc totum esse enigmaticum, et mysticum: nec
posse ullo modo, prout verba illius sonant intel-
ligi. In hoc non solum Christiani omnes, sed
etiam Iudæi conueniunt. Sub enigmate igitur
unius pastoris, qui puellam ouium custodem
depereat, introducitur idem pastor adiurare, non-
ne obseruare, et obtestari alias socias puellas
per capreas, et cerucos, ne suscitent, neue somnos dilectæ
suam. Dec autem per hæc animalia eas obtestatur,
quia puella rustica hæc in deliciis habens, et amore.
et unusquisque consuetis obtestari, et obseruare
aliquem pleriq, quod maximè diligit. Nihil ergo
hic, prout verba sonant, intelligendum est; quam-
obrem frustra Mahumetani ad Christi sui im-
pietatem tuendam, hoc effugium requirerent.

2. Non minus vanum, et otiosum est Dei iuramen-
tum respectu illius, quod iurat, quam eorum rerum,
per quas iurat: nullum enim aliud respum habet,
quam efficiendi, ut credant homines, se post florem,
ac decorem iuuenilis ætatis, ad senium, et etiam
extremæ senectutis peruenturos. Tam uerò abundat
credibile est hoc, ut quadruplici Dei iuramento, quo
credi possit indigeat? Hoc accedit, non semper
uerificari de hominibus hoc, quod Deus hic iurat,

ita

سورة العلق مكية
تسع عشرة اية

SVRA XCVI

SANGVIS
COAGVLATVS.

Meccana: commatum xix.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Lege *in nomine Domini tui, qui creauit:*
2. *Creauit hominem ex sanguine coagulato.*
3. *Lege: et Dominus tuus honorabilissimus,*
4. *Qui docuit scriptura per calamum.*
5. *Docuit hominem id quod nesciebat.*
6. *Ita est. Certè homo sanè exorbitat.*
7. *Quia videt se diuitijs abundasse.*
8. *Certè ad Dominum tuum erit reditus.*
9. *Quid tibi videtur? qui prohibet,*
10. *Seruum Dei, cum orat.*
11. *Quid tibi videtur? si sit super directionem,*
12. *Vel præcipiat pietatem.*
13. *Quid tibi videtur: si mendacij insimulet, et arguat eum?*
14. *An ignorat Deum videre?*
15. *Certè uidet. Sanè si non abstineat, certè attra-*

hemus

trahemus eum per comas capitis.
16. Comas capitis mendacij & peccatricis.
17. Adiecit sanè conuentum suum.
18. Euocabimus nos etiam truculentos.
19. Ita ait. Ne obedias ei; sed adora Deum, & appropinqua ad illum

Nota

Duplex est hic epigraphe. Prima communior الحلق: Sanguis coagulatus. Secunda اقرء: Lege. Hæc ea primo, illa ex secundo versu desumpta. Consentiunt omnes fere Mosleni, hanc fuisse primam Mahumeto traditam Suram. Celal: صدرها الى ما لم يعلم اول ما نزل من القران وذلك بغار حراء. Prima pars huius Surę usq; ad finem quinti versus, fuit primo tradita Mahumeto in spelunca Monej Hara. Jahiay censet octo primos versus primo loco traditos fuisse. Zamchascerius ex auctoritate Ebn Abbasi, et Mogiahedi scribit: هذا اول سورة نزلت عن ابن عباس ومجاهد هذا اول سورة نزل واكثر المفسرين على ان الفاتحة اول ما نزل ثم سورة القلم. Authoribus ebn-Abbas, et Mogiahed, hęc fuit prima Sura tradita Mahumeto. Sed plerique expositores sentiunt primò revelatam fuisse Suram Aperiens, quę est in Alcorano prima. et postea, traditam fuisse Suram Calamus, quę est in Alcorano sexagesima octava. Ex quo patet, quanta fides habenda sit Mosleminis tam fidenter asseverantibus, hoc tradi-tum fuisse ante, hęc post: hoc tali loco, hoc tali: hoc tali occasione, hoc tali: cum ne sciant quidem quęnam

† ? ad litteram usque ad quæ ne-scivit

prima, vel media, vel ultima sit sura tradita in Alcoran. De præmio Lectoris hæc habet Tamehasec-nius: من قراء سورة العلق اعطي من الاجر كانما قرأ المفصل كله: Qui legerit suram sanguinis coagulati, habebit mercedem, ac si legisset Alcoranum totum.

2. [Creauit hominem ex sanguine coagulato] Exponit Sahias خلق الناس كلهم من دم خاثر الا ادم وحوّا وعيسى: Creauit omnes homines ex sanguine evaso, ac denso, præter Adam, Hevam, et Jesum.

4. [Qui docuit per calamum] Celal: واول من خطّ به ادريس عليه السلام. Primus, qui scripsit calamo, fuit Enis, qui vit pax. Enis autem apud Arabes idem est, ac Henoch.

6. [Verè homo sanè exorbitat.] Hæc quæ sequuntur usque ad finem suræ, fuisse Celalem; نزلت في ابي جهل revelata sunt contra Abugehel, qui erat unus primarius inter Mecænos, et contributis, cognatusque Mahumeti, sed hostis illius infensissimus, qui videns, se esse ditissimum, ac potentissimum, superbè insolenterque se gerebat contra Mahumetum, impediens illum, ne preces suas perficeret: et mendacem illum, seductoremque proclamabat, ab illius secta alienum se prorsus ostendens. Huic Mahumetes comminatur iudicium, et pœnam à Deo, nisi desistat ab impietate sua.

8. [Ad Dominum tuum erit reditus.] Omnes in die Judicij omnes conuenient ad reddendam rationem

rationem

vationem.

10. Servum Dei eum vocauit] Dest Mahumetus eum adhuc peruolue precey suas.

11. Si sit super directionem &c] Nimirum: si Mahumetus sit in recta Religione, et precipias sit opera: at uero Abugehel tanquam falsum Prophetam eum increpet, atque ab illius doctrina refugiat.

14. An ignoual Deum uidere] Dest: an ignorat Abugehel Deum uidere mala opera eius.

15. Attrahemus eum] Nimirum in ignem Gehenny, ut explicat Gelal.

17. Conuentum suum] Vox Arabica النادى, proprie est, Vocans, sed hic accipitur pro conuentu. Ita enim uocabatur, testa Gelale, locus in Mecca, ubi conueniebant, et confabulabantur, uel consilia ineibant Meccani, quorum pars potior Abugehels adhærebat.

18. Aduocabimus nos etiam truculentos] Nempe Angelos nostros, qui eum seuere puniant. Ita communiter Expositores

Refutationes

1. Nonnisi inepte, et improprie dicitur hic, Deum creasse hominem ex sanguine coagulato, cum certum sit ex sacris libris, hominem creatum fuisse à Deo ex limo terræ, non autem ex sanguine coagulato, ex quo homo non quidem creat, sed gignit

alium hominem per viam naturalem.

C. Abutibur Mahumetus officio legislatoris, dum
prs legibus iubyras condit, presertim hoc loco contra
Abugeheleum cognatum suum, quem contra iura
pietatis, multis modis vexaverat. Et quidem ille
nihil peccaverat, rebulonem, atque impostorem,
qualis erat Mahumetus, coercendo, et castigando,
presertim cum res nouas in Latij perniciem, sub
religionis pretextu moliretur. In quo etiã malum se
Nomothetam ostendit, quod cum Legès non ferantur in homines
particulares, sed in
omnes generatim, tam
presentes, quam futuros:
ipse ad particulares, et presentes [illegible] carpendos legib. suis tantis abutitur.

سُورَةُ ٱلقَدرِ مَكِّيَّةٌ

خمس ايات

SVRA XCVII.

ALKADAR.

Meccana: commarũ. v

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis ---

1 Certè nos demisimus illum in̄ noete Alkadar.
C. Et quid faciet te intelligere quid sit nox Alkadar.
3. Nox Alkadar melior est, quam mille menses.
4. Descendunt Angeli, et Spiritus in ea per uetum
Domini sui, cum decretis Diuinis de omni re
5. Ea ipsa nox est, usque ad ortum Auroræ.

Note

Note

Reliquum in epigraphe Arabicam vocem القدر Alkadar, et multiplicem illius significationem, de qua mox dicemus. Sura Mecce traditam fuisse vulgus volunt. Quidam tamen Medinensem faciunt. Cui eam legenti اعطي من الاجر كمن صام رمضان واحيى ليلة القدر kabebit mercedem ieiunantis mensem Rhamadan; et uiuificabitur in nocte Alkadar.

1. Demisimus eum] Nempe Alcoranum iuxta omnes expositores. Cur autem expresse non nominetur, tribuit Zamchasenius excellentiæ, ac dignitati ipsius Alcorani. Sed uerius tribuisse existimandum, et stolidioris Mahumeti. Quasi vero non nominasset illum totiens, ubi opus erat.

* Alkadar] Exponitur à Gelal الشرف والعظم: Nobilitas, seu sublimitas, et magnitudo. Zamchasenius معنى ليلة القدر ليلة تقدير الامور وقضايها من قوله فيها يفرق كل امر حكيم وقيل سميت بذلك لخطرها وشرفها على ساير الليالي. Nox Alkadar significat noctem illam, qua Deus disponit, ac decernit res omnes (futuri anni). Quare dicitur in Alcorano: In ea distinguitur omnis res cum sapienti dispositione. Alij notant ita dictam esse ob dignitatem, et excellentiam eius supra cæteras noctes. In hac igitur nocte fingitur, Deum descendere fecisse Alcoranum è Cælo totum simul; cum tamen ad Mahumetem nonnisi per partes pervenerit. Quod quemodo factum sit, ita refert Zamchasenius: وروى انه انزل جملة واحدة في ليلة القدر من اللوح المحفوظ الى السما الدنيا واملاه جبرايل على السفرة ثم كان ينزله على رسول

الله ص نحوما فی ثلث وعشرین سنة وعن الشعبی المعنی انّا ابتدانا انزاله
فی لیلة القدر واختلف فی وقتها فاکثرهم علی انها فی شهر رمضان فی العشر
الاواخر فی اوتارها واکثر القول انها السابعة منها. Habetur ex tradi-
tione, Aleovanum demisisse in unica summa
(idest totum simul) in noete Alkadar, ex Sabula
custodita (in septima Cælo) ad Cælum terræ proximum
(idest Cælum Lunæ): et Gabrielem collegisse eum in
unum volumen: deinde paulatim tum demisisse eum
(paulatim, et per partes) super Mahumetum spatio
viginti trium fere annorum. Sed sciabiensij exponeat
verba Aleovani: certè nos demisimus & certè nos de-
mittere cupimus in noete Alkadar. Dissentiunt autè
Expositores circa tempus huius noctis. Plerique
existimant, eam fuisse unam ex ultimis decem
noctibus mensis Rhomadan. Celebris etiam est
opinio, fuisse septimam noctem eiusdem mensis.

4. Descendunt Angeli, et Spiritus] Arabicè الروح,
Spiritus est numeri singularis, et accipitur absque
controversia pro Gabriele, qui cum Angelis descendit
in terram, ad exequendum id, quod Deus decre-
uit in noete Alkadar pro toto illo anno, usque ad
principium anni futuri.

5. Pax ipsa] Quia nimirum in ea noete An-
geli, ut ait Zelal: لا تمر بمؤمن ولا بمؤمنة الا سلمت عليه:
non transeunt iuxta virum ullum, aut mulierem fide-
lem, quin annuncient ei pacem salutantes eum

Refutationes

ex notificandus

Refutationes

1. Cum* in Alcorano sæpissimè mentio fiat Gesu filii Mariæ, quasi libri integri, et absoluti, qui extabat apud Mahumetum, et ab eodem Mecanis, aliisque Arabibus legebatur, et ostendebatur; et quidem in primis annis, quibus sectam suam cæpit euulgare: mirum est, quomodo Moslemi, imò Alcoranus ipse affirmet, Mahumetum recepisse illum per Suras, et versus ex revelatione Gabrielis spatio viginti trium circiter annorum. Vt autem se se ab hac difficultate extricarent, fabulam excogitauerunt, Alcoranum quidem totum, et integrum demissum fuisse à Deo ex Tabula in septimo Cælo asseruata, usque ad Cælum Lunæ: inde verò per Suras, et versiculos viginti trium annorum spatio, à Gabriele communicatum fuisse Mahumeto. At hic non Alcoranum, qui erat in Cælo Lunæ, sed eum, quem apud se habebat, legebat, ostendebat, atque omnibus prædicabat. Quid verò opus erat demittere Alcoranum à septimo Cælo ad Cælum Lunæ, ut inde paulatim, et per partes illum Gabriel Mahumeto revelaret? An non eque bene potuerat Gabriel è septimo Cælo eundem revelare. Sed de hoc vide quæ in vita Mahumeti, et alibi [illegible] disserui.

* ut non semel præmonui ^

2. Nihil insulsius, et fabulosius excogitari potuit nocte illa Alkadar, in qua Deus quotannis res ad Mundi gubernationem per totum futurum annum spec-

specantes, decernit, ac disponit, et ad eas hominibus notificandas, vel exequendas, Gabrielem cum Angelis è Cælo descendere iubet in terras. Decreta quippe Dei æterna sunt, nec aliquid nuperum decernit, aut disponit. Quamuis verò in sacris literis aliquando legamus aliquid Deum de novo statuere, vel deliberare: id tamen dicitur iuxta nostrum intelligendi modum, quatenus ea, quæ de novo fiunt, eo ipso tempore à Deo de novo decerni. Cæterum ex innumeris sacrarum literarum testimonijs apertissimè constat, Deum universa ab æterno ordinasse, ac decrevisse, et in consilijs, decretisque suis esse immutabilem. Sed Mostemi volunt, Alcorani verba intelligenda esse prout sonant, et Deum vere verò in nocte Alkadar decernere, ac disponere omnia illa, quæ futuro anno in terris eventura sunt. Negandum tamen non est, in professione fidei Mahumetanorum communium, qui inter eos censentur esse Orthodoxi: quæ vulgata fuit ab Algazele, seu Algazalio Persino, Cabeli expressè, Deum omnia, quæ de novo eveniunt in tempore, voluisse, et decrevisse ab æterno in mente sua. Quamobrem potest hic benignè explicari Alcoranus, dicendo, quod Deus in nocte Alkadar decreta sua æterna manifestet Gabrieli, et Angelis, quò ea deferant, et notificent in terra pro œconomia rerum futuri anni. Verùm hæc quoque figmentum censendum est.

سورة

346

سورة البيّنة مكيّة
تسع ايات

ثمان *

SVRA XCVIII
EVIDENTIA.

Meccana: commatum VIX.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Non fuerunt qui ~~erant~~ increduli ex Scripturalibus, et Associantibus, recedentes; donec aduenit eis Euidentia:

2. Legatus à Deo, qui legit Codices depuratos:

3. In illis sunt scripturæ rectæ.

3 Neque diuiserunt se illi, quibus datus fuit liber, nisi postquam aduenit eis Euidentia.

4. Neque iussi sunt, nisi ut seruirent Deo, puram exhibentes illi religionem, Orthodoxi; et obseruarent orationem; et persoluerent zacrum censum: et hæc est religio recta.

5. Verò qui increduli sunt ex Scripturalibus, et Associantibus, conjicientur in ignem Gehennæ, perpetuò commoraturi in eo. Hi sunt pessimi creaturarum.

6. At verò qui crediderint, et fecerint recta: hi

Sunt optimi evdatuvavum
7. Mevee eorum apud Dominum suum eiuns
horti Eden: ad quos eurvuns ab ejus flumina;
permansuri sunt in ij semper.
8. a Complacuit b complacuerit sibi Deus in illis; et b complacebunt
sibi illi in eo. Hoc dabitur ei, qui timuerit Do-
minum suum

Nota

a.co

Duplex hic est insipsis, nempe البينة, evidentia,
seu vesclava, et manifesta: et لم يكن, Non fuerunt;
quæ sunt prima verba Sure; quam nonnulli Mecca-
nam, nonnulli vero Medinensem esse contendunt.
Ceto illi versus communiter tribuuntur: quidam
tamen novem recensent. Qui eam legent, كان يوم
القيمة مع خير البرية: ent in die Resurrectionis cum optimis
creaturis.

1. Evidentia J. Explicat Zelal: الحجة الواضحه وهي محمد ص والقران
demonstratio clara: et hæc fuit Mahumetus ipse, et
Alcoranus. Nimirum post horum adventum, Chri-
stiani, et Judæi, imo et Idololatræ Meccani discesse-
runt a sua fide, in qua erant antea: quia ut
ex ponit idem Zelal: من قبل مجيه ص كانوا مجتمعون على الايمان به اذ
جاءَ فحسَدَهُ مَن كَفَرَ به منهم: Ante adventum Ma-
humeti erant omnes uniti in fide erga eum cum
veniret (idest, aperiebant se omnes evidenter
in eum). At inviderunt ei, illi, qui noluerunt

ex ijsdo

لم يكن الذين كفروا من اهل الكتاب والمشركين : منفكين منتهين عن كفرهم : قال العز لم يكونوا تاركين ما هو عندهم من ذكر النبى ع م حتى ظهر وهو قوله حتى تاتيهم البينة رسول من الله وهو محمد ص فحكى الله تعالى ما كانوا يقولونه ثم قال وما تفرق الذين اوتوا الكتاب يعنى انهم كانوا يعدون اجتماع الكلمة والاتفاق على الحق اذا جاءهم الرسول ثم ما فرقهم عن الحق ولا اقرهم على الكفر والباطل الا مجئ الرسول

ex iisdem credere in eum. Jahias: Non fuerunt discedentes, idest abstinentes ab incredulitate sua. Dixit Alhoras: Non reliquerunt id quod erat penes ipsos de memoria (idest oraculis sacrarum Scripturarum, vel fide) Prophetæ Mahumeti, donec ipse apparuit. Et hoc significat: Donec aduenit eis euidentia, Legatus Dei, nempe Mahumetus. Deo audiemus Zamchascerim.

qui erant incredituli

Erant igitur qui nolebant euedere, ex duabus sectis: nempe ex Scripturariis, et Idolorum cultoribus. Dicebant autem antequam mitteretur Prophetes Mahumetus: Non recedemus a religione, in qua sumus, neque deseremus eam, donec mittatur Prophetes promissus, de quo scribitur in Pentateucho, et Euangelio: nimirum Mahumetus. Refert igitur hic Deus ea, quæ ipsi dicebant: deinde subdit: Neque discesserunt Scripturarij, immo per hoc, ipsos promisisse unionem inter se in eo, quod dicebant, et communem assensum in sequenda veritate quandocunque veniret Legatus Mahumetus. Atqui non separauit illos discessus, neque firmauit illos in infidelitate, et falsa religione, nisi aduentus

eiusdem legati.

1. Legens codices depuratos T. Selah: مطهرة من الباطل
فيها كتب احكام مكتوبة قيمة اى يتلو مضمون ذلك وهو القران
Depurator ab erroribus. in quibus sunt scripturæ, idest sanationis scriptæ, rectæ; quas:
Legit (Mahumetus) contentum, idest Alcoranum. Jahias: حقًا
اى القران مطهرة من الشرك والكفر فيها كتب قيمة لاعوج فيها يعنى
التى جات بها الانبياء
Codices (inquam Alcoranum) depura-
tos à polytheia, et infidelitate: in quibus sunt scripturæ rectæ,
sine depravatione; idest, ea quæ scripserunt, et tradiderunt Prophe-
tæ. Codè ferè modo Zamehascerius.

a.

3. Neque diuiserunt se] Zamehascerius: والمراد تفرقهم تفرقهم عن الحق
او تفرقهم فرقًا فمنهم من امن ومنهم من انكر وقال ليس به ومنهم من عرف وعند. فان قلت
لم جمع بين اهل الكتاب والمشركين؟ قلت لانهم كانوا على علم به لوجودهم فى كتبهم
* اولًا ثم افرد اهل الكتاب فى قوله وما تفرقوا الذين اوتوا الكتاب
Intelligitur hic divisio seu reprovatio à unitate: vel divisio
eorum in partes: quidam enim ex illis veritatem
confessi sunt: quidam verò negaverunt, dicentes, non
esse eam in illo (nempe Mahumeto, vel Alcorano;
vel non esse in sacris scripturis, quæ ab eodem asseve-
rantur): et quidam eorum eum cognoscentes unita-
rem, resiluerunt ab ea. Quod si dicas: Quare con-
junxit primo scripturales, et Idolatras: et deinde
singulariter posuit scripturales dicens: Neque divisi
sunt qui ei, quibus datus fuit Liber. Respondeo, quia
ipsi habebant scientiam de illo, eo quod vicinos
vicinia Dei in libris suis. Jahias: يعنى ما تفرقوا فى امللهم
وكفرهم بالنبى عم الا من بعد ان تبين انه الذى وعدوا به فى التوراة والانجيل
Dest non diui-
serunt se in sectis suis, et in abnegando Prophetam
Mahumetum, nisi postquam manifestè innotuit ei
ipsum

ipsum esse illum, qui promittebatur eij in Pentateucho, et Euangelio. Celal وما تفرق في الايمان بمحمد الا بعد ما جاتهم البينة

مجيئه × ای هو محمد او القرآن وقبل كانوا مجتمعين على الايمان به

fide erga Mahumetum, donec aduenit eis euidentia; idest Mahumetus ipse, uel Alcoranus: nam ante aduentum eius erant uniti in fide erga eum, Deum aperebans nonnij conuoluibus, se euadituros in eum.

4. Neque iussi sunt] Celal امروا بذلك في التوراة والانجيل: Hec iussio facta est illis in Pentateucho, et Euangelio. Eodem modo Zamehascerius: qui addit, ipsos debuisse, aut immutasse huiusmodi iussionem.

* Orthodoxi]. Celal: مستقيمين على دين ابراهيم ودين محمد اذا جاء: recte obseruantes religionem Abrahę, et religionem Mahumeti cum uenisset. Ita exponunt ex ueteri uocem Arabicam حنيف, que propiè respondet uoci Græcę ὀρθόδοξος, Orthodoxus.

Refutationes

1. Nihil magis falsum, atque absurdum dici poterat, quam Iudęos, Christianos, et Idolatras euidisse, ex eo, quod in sacris scripturis Pentateuchi, et Euangelij legerent, Mahumetum esse à Deo mittendum: simulque conspirasse, se, ubi uenisset, illius religionem amplexuros. Ubi uero aduenit, et Iudęos, et Christianos, et Idolatras illius legem reiecisse ob inuidiam erga illum: et testimonia, quę de eo in Pentateucho, et Euangelio

extabant, vel immutasse, vel deleuisse. Iam igitur magnum hoc commentum refutaui. Quamobrem nihil hic de illo addendum puto.

2. Iactat se Mahumetus legisse libros aboriginum, et falsitatibus depuratos: nempe Theodandi, in quo continentur pauca, et fideliter scripta ea, quæ in Sacris Pentateuchi, et Euangelij codicibus corrupta, ac depravata fuerant. Contra hoc tam insigne mendacium vide quæ alibi, et præsertim in prima parte Prodromi iam à me in lucem editi fusissimè disseruntur.

3. Meneitur manifestè, dum asserit, Iudæos in Pentateucho, et Christianos in Euangelio iussos esse observare ritus Mahumetanicos, quos ipse vocat Religionem Abrahæ Orthodoxam. Extat Pentateuchus, extat Euangelium: nihil in illis huiusmodi continetur.

4. Nimij tenuem mercedem pollicetur asseclis suis in Paradiso Mahumetus, dum hortos tantummodo, et flumina illis promittit, quamuis adderat tamquam appendicem, et quid secundarium, quòd Deus sibi in ipsis complaciturus sit; et ipsi in Deo. Iam hoc etiam in vita mortali iustis, * quamuis non in eodem perfectionis gradu

pijsque hominibus conceditur. Hi enim semper sibi in Deo complacent, eidemque placere petunt innocentiam, ac bona opera conantur: neque hoc est præmium, sed medium, quo præmium consequantur:

سورة الزلزلة مدنيّة
ثمان ايات

SVRA XCIX.

TERRÆMOTVS

Medinensis: commatum viij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Cùm commota fuerit terra commotione sua.
2. Et ejecerit terra pondera sua.
3. Et dixerit homo: Quid est illi [i. terræ]?
4. Die illa enarrabit terra nuncia sua.
5. Eò quòd Dominus tuus revelabit huic illi.
6. Die illa procedent homines fluctuatim, ut videant opera sua.
7. Ergò qui fecerit quantum est pondus unius formicæ, bonum: videbit illud.
8. Qui verò fecerit quantum est pondus unius formicæ, malum: videbit illud.

Nota

Epigraphe est, الزلزلة, vel الزلزال; Terræmotus, seu Terræ subsultatio; atque ex primo versu desumitur. Suram autem quidam Medinensem, quidam Meccanam

faciunt: quamobrem apponam illi Expositores
مختلف فيها: vnde sunt sententiæ circa illam; alterum
scilicet Meccæ, an Medinæ tradiderit. De prægmio
lectoris hæc habeo: من قرأ سورة الزلزلة اربع مرات كمن قرأ القرآن كله.
Qui legerit suram Terræmotus quatuor vicibus,
perinde erit, ac si legisset totum Alcoranum.

1. Cum commota fuerit terra] Hunc terræmotus,
seu quassationem, proximum supremæ diei signum
fore putant Moslemi: et iuxta Zamchaïæum
fiet عند النفخة الثانية propè sonum secundæ tubæ.

2. Fodiæ suæ] Exponit Celal cum aliis: كنوزها
وموتاها: thesauros suos, et mortuos suos.

4. Enarrabit nuncia sua] Deus exponet ho-
mini interroganti, causas commotionis suæ.

5. Reddabit hæc illi] Deus mouebit eam ad
illa manifestanda.

7. Videbit illud] Celal: يرى ثوابه وعذابه: Videbit,
seu recipiet præmium, vel pœnam illius.

Refutationes

Nihil hic esset refutatione dignum, nisi Mos-
lemi, Alcorani verba literaliter, et prout so-
nant accipientes, crederent, terram hominibus
de ipsius motu reluctantibus, humanis vocibus
responsuram. Hoc vero figmentum merum
censendum est. Zamchasherius Dorlæ hanc terræ loquutionem
Metaphoricè est accipienda: refert tamen, nec vidit, eorum
sententiam, qui literaliter, et proprie eâ accipiunt.

سورة

سورة العاديات مكية
احدى عشرة اية

SVRA C.

EQVI CONCITATI

Meccana: commatum xj.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1 Per *Equos concitatos cum fremitu anelanti.*
2. *Et pervequos* ineuntes *pedes ad silices* cum ex-
cussione ignis.
3. *Et pervequos* ad emulationem ineitantes *se se in-*
cursu primo mane.
4. Deque excitant in eo pulueren.
5. *Et* transeunt in eo per medium turbe *hostilis*
6. Certe homo Domino suo sane est ingratus:
7. *Et* ceute ipse de hoc est professo testis.
8. *Et* ceute ipse ad amorem boni [i. diuitiarum]
sane est uehemens.
9. An ergo ignorat, quando exploratur id, quod
est in sepulchris [i. quando mortui suscitabuntur]
10. *Et* producetur id, quod est in pectoribus,
11. Certe Dominum suum de ipsis die illa, *fore*
prouel dubio plene instructum?

Note

Dubium est, sitne hæc Sura Meccana an Medinæa. Ideo in explicatione eius ponunt Authores مختلف فيها: Variæ sunt sententiæ circa illam. Circa priorem Lectionis, ita Tamehasceni ex traditione Maiorum: من قراء سورة العاديات اعطى من الاجر عشر حسنات بعدد من بات المزدلفة و شهد جمعا. Qui legerit Suram, quæ inscribitur, Equi concitati: recipiet mercedem decem bonorum, pro numero eorum, qui veniunt + Meccam, et præsentes fuerint alicui conventui: in quo precibus fundendum, vel sacra peragendum.

+ in Mozdalephat (locum sacrum in Mecca)

1. Per Equos concitatos. Arabice est: والعاديات: Per transgredientes, nempe per Equos, vel, ut alij malunt, Camelos, ultra quam opus sit transeuntes, eo quod contra hostes ad pretium ineantur. Tamehasceni sic explicat: اقسم بخيل الغزاة تعدوا فتضبح والضبح صوت انفاسها اذا عدوا يعدون وعن ابن عباس انه حكاه فقال اخ اخ: Juro per Equos bellatores, qui cursu pretervecti anhelant. Est autem anhelitus vox, seu sonus respirationis Equorum, cum currunt cursu concitato: et quemadmodum explicat Ebn-abbas, sonat ut luti ah ah. Jahias ex authoritate Alyi, qui fuit gener Mahumeti, censet especie sermonem de Camelis, non vero de Equis: ait enim: هي الابل تذهب الى وقعة بدر: Hi sunt Camelli, qui ierunt in conflictum Bedrensem. Communis tamen expositio est, quod hic ubique

de

de equis, non de camelis agatur.

3. Prima manet] Quia scilicet sunt equi sunt ve-
getiores.

Refutationes

1. Semper se magis impium, ac rudem ostendit Mahumetus in iuramentij Deo tribuendis. Quidenis Maiestatem Diuinam magis dedecet, quam pueruos, vel camelos iurare, puerus nè homines quidem rudes, ac barbari, et falsorum Numinum cultores vnquam iurasse reperiuntur. Quid nouo iurat hic Deus? hominem beneficijs suis ingratum. Verum quid opus erat hoc puerum, vel camelos iurare, cum esset rèi notissima, et quemadmodum hic asseritur, homo ipse esset ingratitudinis sue cognitor, et testis? Et cur iam non liceat hominibus per quaslibet quisquilias, apertissima quoque, et omnibus nota iurare?

سورة القارعة مكية
ثمان ايات

SVRA CI.

PVLSATRIX.

Meccana: commatum viij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Pulsatrix: quid est pulsatrix?
2. Et quid intelligere facit de quid sit Pulsatrix?
3. Hic, qua erunt homines sicut locusta, sparsim diffusi:
4. Et erunt montes sicut lana, diversicolor disenimi-
nata.
5. Corvo' eius graues fuerint boni operibus bilancey eius;
ipse erit in uita sibi placentes.
6. At uero' eius leues fuerint bilancey eius: mater eius
11. habitatio eius | erit Barathrum.
7. Quid uero' intelligere facit de quid sit Bara-
thrum?
8. Est ignis ardentissimus.

Nota

De Sure inscriptione, et loco, in quo data est, non
video esse controuersiam. Versus illius communiter
sebo recensentur. Quidam decem, alij undecim
enumerant. Quicam Legerit: ثقل الله بها ميزانه يوم القيمة:
graues reddet peream boni operibus Deus sta-
teram illius in die Resurrectionis.
1. Pulsatrix]. Arabice' القارعة: intelligitur dies
esse supremi iudicij: quippe ut explicat Celal
تقرع القلوب باهوالها: pulsabit corda terroribus suis.
Illi autem modi loquendi: quid est: uel, quid fa-
ciet te intelligere quid sit unus per modum ad-
mirationis: ac si diceretur: quam magna, et ter-
ribilis est, uel sit.

7. Quid

7. Quid sit Bavathmum T. Arabice ماهية pro ماهاوية, ut notat Selal.

Refutationes

Nihil hic refutandum est, nisi quod pertinet ad stateras, seu stateras, ad bona, aut mala opera librandia in die Judicij. Sed de hoc vide quæ alibi dicta sunt

سورة التكاثر مكية
ثمان ايات

SURA CII.

CONTENTIO multiplicandi:

Meccana: commatum viij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Occupauit vos contentio multiplicandi.
2. Donec visitaueritis sepulchra.
3. Vah! postea scietis.
4. Iterum vah! postea scietis.
5. Vah! si sciretis scientia certitudinis.
6. Certè visuri estis Infernum.
7. Iterum dico: certè visuri estis eum oculo certitudi-

nij

359.

nisi l. elevè, et manifestè]

8. Deinde eevtè reddetis vationem diè illa de deliçijs

Nota

Hæc est una ex suis, quæ notantur ab Expositoribus formula illa مختلف فيها : Vanè sententiæ sunt de eo: nimirum Meccana nè sit, an Medinensis. Quid ad Legem: لم يحاسبه الله بالنعيم الذى انعم به عليه فى دار الدنيا واعطى من الاجر كاملا قراء الف اية : non exiget Deus ab eo rationem de beneficijs, quæ in eum contulit in hoc mundo: et habebit meritedem, ac si legisset mille versus Alcorani

Aliqui inscribunt الهيكم Occupauit vos.

a.m

1. Occupauit vos contentio multiplicandi. Explicat Zahias التكاثر فى الدنيا عن الاخرة وهو التكاثر فى المال والولد والقدمات حتى زرتم المقابر اى حتى متم. Contentio multiplicandi in hoc mundo, negleeto futuro seculo, in opibus, filijs, et honoribus, donec uisitaueritis sepulchra, idest donec mortui fueritis quæ usque ad mortem. Delal: شغلكم عن طاعة الله التكاثر اى التفاخر بالاموال والاولاد والرجال حتى زرتم المقابر اى بان متم و دفنتم فيها او عدتم عدد الموتى تكاثرا. Occupauit uos, ac distinuit a seruitio Dei studium multiplicandi; idest gloriam acquirendi ex multitudine diuitiarum, filiorum, et uiuorum, donec uisitaueritis sepulcra, idest usque quo moriamini, et sepeliamini. Explicant alij: ita ut mortuos etiam numeretis, ut stulti, numero alijs appareatis. Hanc ultimam explicationem confirmat Zamuhasenius his uerbis. روى ان بنى عبد + مناف وبنى سهم تفاخروا ايهم اكثر عددا فاكثرهم بنوا عبد مناف فقالت بنوا سهم ان البغى اهلكنا فى الجاهلية فعادونا بالاحيا والاموات فاكثرهم بنوا سهم

+ بنى

Ex Ester

1. ...Primitiue Christiani gratiperierant idololatre, et ...solu-
mentis mercature lucri delubri. Mercani et egenas su-
stentabant, et piacularia que in sacrificia deorum
suorum fieri consueuerant. Quomodo ergo poterat
Mahumetus sine magno piaculo horum studium
in mercatura probare, quo in Dei contemptu ma-
nifeste tendebat. Nec satis est quod eos hortetur
ut seruiant Domino illius domus: imo quod ipsi-
met Dominum illum diis suis Sfate, Alozę, et
Manate associarent. Primo enim incertus relinque-
bat quisnam esset ille dominus: Deus ne esset, an
aliquis deus eorum. Deinde omninò detestā-
dus est cultus ille, in quo Deus uerus diis fal-
sis admiscetur.

2°. Sic tam benignus agendi modus Mahumeti cum
Corasinis contribulibus suis, eo presertim tem-
pore cum illos Flio Patiniano prosequebatur, nec
minus ipsi eum oderant, maleque tractabant:
prorsus nulgina in eo malitiā ac fraudem
erga eosdem apertissimè ostendit: que nisi
facto ipso compertū esset, uix credi posset. Ne-
bat scilicet Corasinos a mercature diuerti,
quò illum agibus auctos posset ipse cum ma-
iori suo emolumento spoliare, ut reuera spo-
lio post spoliauit. Cum enim audisset redire e
Syria cum magnis mercibus quadraginta cacha
mercatoribus Corasinis: ne preda tam opulenta
sibi effugeret, egressus est contra illos cum

[illegible] peditibus et equitibus, [illegible] eorumque
meres in morem hostilem depraedatus est. Vide
que dixi in vita Mahumeti. cap. 15. Non fuerit
hoc factum a Mahumete ex premeditata fraude
de industria: ut promptius occasione illorum a-
miseros hos mercatores [illegible]andos inuxerit:
debuitne illos ijs opibus spoliare, ad quas com-
parandas illos hortatus fuerat, ut domino de
Lubri Meccani ijsdem inservirent?

Fecerunt posteros Adomenaghi, et posteros Sakemi gloriantes contendisse inter se, utri eorum essent plures numero. Inuenti sunt autem plures esse posteri Adomenaghi. Dixerunque posteri Sakemi: Inuidia, et iniquitas perdidit nos, dum essemus Idolatræ. Denumerauerunt nos ipsos eorum uiuos, et mortuos. Quo facto, inuenti sunt plures esse posteri Sakemi.

2. Donec uisitauerit] sepulchra] Arabice: حتى زرتم المقابر. Potest etiam uerti: Itaut uisitetis sepulchra. Et ut patet ex sequentibus explicationibus, dupliex potest esse sententia. Prima: ita occupauit uos contentio multiplicandi opes, filios, et ea sera bona temporalia: ut non destituti uitis ab hoc, nisi quando iam mortui uitij sepelliendi. Secunda: ita inter uos contendistis de maiorem gloriam de multitudine, ac numero familiarum uestrarum: ut etiam mortuos computetis, quo plures numero appareatis.

3. Postea scietis] Nimirum, ut subintelligendum sit tutat Selal سوف عاقبة تفاخرهم: Malum finem contentionis uestræ, pro gloria multitudinis.

5. Si scietis scientia certitudinis] Arabice يقينية: Si scietis finem huius contentionis uestræ de gloria multitudinis, non occupabimini in ea.

6. Ne delicijs] Arabice النعيم: Voluptas, uel lecy uoluptu-

ty

tij. Sibal, et Zamchasenij exponunt: De vita
deliciosa, et luxuriosa in hoc mundo peracta.
Alij tamen exponunt: De beneficijs Dei.

Refutationes

1. Videtur hęc sura esse prorsus innocens: non
tamen innocens censendus est Mahumetus: imo
tanto magis rei apparet, quanto illa in se
probat, quę in alijs condemnat. Quis enim
magis auidus multiplicandi opes, et familias
et augendi imperium, et deliciosè, ac luxuriosè
uiuendi, quam Mahumetus? Inquo ergo
alios iudicat, et reprehendit, reipsum condem-
nat

سورة العصر مكية

SVRA CIII
POMERIDIANVM

Meccana: commatum iij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1 Per tempus pomeridianum:

2. Certè homo sanè est in continuum iactura

3. Exceptis

3. Ergo ei, qui credidenint, et fecerint veru, et mutuo sibi commendauerint veritatem, et mutuo sibi commendauerint patientiam.

Note

Diuersio est circa locum Iure, Mecenas ne sit, an Medinæ: quamobrem in eius expositione addunt Authores مختلف فيها: Variatum est in eo. Lectio illius غفر الله وكان ممن تواصي بالحق وتواصي بالصبر: Ignoscet Deus peccata: et erit ex illis, qui sibi mutuo veritatem, et patientiam commendauerunt.

1. Pomeridianum]. Telal: العصر او ما بعد الزوال الى الغروب او صلاة الظهر. Secutum: uel tempus illud, quod intercedit a' declinatione Solis usque ad occasum illius: uel preces pomeridianæ, seu uespertinæ.

2. Erit in iactura] Arabice خسر: Zamchaxerius خسران من تجارتهم, iactura mercaturæ sue. Jalkiut: خسر من الجنة, iactura, seu amissione, perditio.

Refutationes

1. Pudet toties eadem impias refutare. Iurat Deum homines omnes peritiros, propinquo ualitis iacturam, praeter eos, qui cum fide opera uestra coniunxerint: et ueritatis, ac patientiæ fuerint amantes. Quis, nisi stolidus, et amens hoc ignorat? Quid ergo diuino iuramento ad hoc persuadendum opus erat? Vanum igitur est ab hoc expiare Dei iusiurandum. Impium uero' ex eo quod fiat per tempus pomeridianum: nihil enim est in

hoc tempore, quod ad hoc in testem mendacitatis vocet
(adducat mendacium).

سورة الهُمَزة مكية
تسع ايات

SVRA CIIII.

DETRACTOR.

Meccana: commatum ix.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis ~

1 Væh omni detractori, diffamatori.

2. Qui congregauit diuitias, et preparauit eas in tempus futurum.

3. Existimat, quod pecunia diuitiæ sue eternatæ sint ipsum.

a. phy 4. Vah. Certè proijcietur in confractorium.

5. Quis verò intelligere faciet te, quid sit confractorius?

6. Est ignis Dei succensus.

7. Qui eleuatur super corda.

8. Verò ipse super eas erit in medium fornicis sublatus.

9. In columnis protensis.

Nota

Nota

Neque in loco traditionis suæ, neque in numero commatum eius omnes conueniunt. Quidam enim Meccanam, et nouem uersuum faciunt: quidam uero Medinensem, et septem, uel quinque uersuum esse uolunt. Illius Lectori اعطاه الله عشر حسنات بعدد من استهزى بمحمد واصحابه. *dabit Deus decem bona pro numero eorum, qui irriserunt Mahumetum, et socios eius.*

1. *Vch omni detractori*]. Zamchascerius: نزل فى الاخنس بن شريق وقيل فى امية بن خلف وقيل فى الوليد بن المغيرة. *Hæc reuelata sunt contra Athnas filium Vene. Alij dicunt contra Omiam filium Chalphi. Alij contra Valid filium Mogheire.* Eodem modo alij Expositores
4. *Confractorium*]. Ita uocat Gehennam, quia, ut ait Gelal, تحطم كلما القى فيها: *Confringit, et comminuit quid quid conijcitur in illam.*

Refutationes

Quod supra non semel notauimus, Mahumetes legem laturus, pro statutis ad Reipublicæ communem bonum spectantibus, satyras proponit, in quibus pus, atque uenenum euomit contra inimicos suos: quemadmodum hic contra Athnas, Omiam, et Valid, iuxta communem Expositorum sententiam. Hoc uero nullo modo conuenit bonæ Legislatori, ut iam diximus

+ uel Religionis

سورة الفيل مكية
خمس ايات

SVRA. CV.

ELEPHANTES:

Meccana: commatum V.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis

1 An *non nosti, quomodo* ~~*egerit*~~ *fecerit Dominus tuus*
cum ducentibus Elephantium. a *errorem*
a. *decepsione?* 2. *An non posuit astum eorum in* ~~*decepsionem*~~
[1. *in perniciem ipsorum* *dum errare fecerunt in eo.*]
3. *Et misit super eos aues turmatim volantes.*
4. *Que iaciebant in eos lapides ex argilla cocta.*
5. *Fecitque eos uelut folia segetis deuastæ.*

Nota.

Nihil hic peculiare occurrit, nisi premium recitanti.
Nimirum: من قرأ سورة الفيل اعفاه الله ايام حياته عن الخسف والمسخ:
Qui legent Suram Elephantium, custodiet eum
Deus quandiu uixerit ab hiatu terræ, ne ab ea
absorbeatur, et a transmutatione in aliam
formam. Quisquilię.

1. *Cum ducentibus Elephantium]. Totam fabulam*

ita

ابرهة ملك اليمن وحبشة بنا بصنعا ita Brunier recenser Selal
كنيسة ليصرف اليها الحاج عن مكة فاحدث رجل من كنانة ولطخ قبلتها بالعذرة
افيال احتقارًا بها: فحلف ابرهة ليهدمن الكعبة فجاء مكة بجيشه على افيال مقدمها
محمود: فحين توجهوا لهدم الكعبة ارسل الله عليهم طيرًا ابابيل جمعات جمعات ترميهم
بحجارة من طين مطبوخ واهلكهم الله تعالى كل واحد بحجرٍ المكتوب عليه
اسمه وهو اكبر من العدسة واصغر من الحمصة يخرق البيضة والرجل والفيل
ويصل الى الارض: وكان هذا عام مولد النبى صلى الله عليه وسلم

Abraha Rex Axumis Felicis, et Æthiopię edificauerat
in Sanaa Ecclesiam, ut diuerteret ad eam peregri-
nantes ad Meccam. Quidam uero ex Canana, ex-
onerato uentre, inguinauit ueteremque anteriorem
partem eius in contemptum eiusdem. Quamobrem
iuratus Abraha, se funditus euersurum esse
Deliubrum Meccanum. Venit itaque Meccam
cum exercitu suo, * Abrahamum Atahmud.
Cumque tenderent ad destruendum Deliubrum, mi-
sit Deus super eos multas turmas auium, quę
ęgerunt iaculari contra eos lapides ex luto
cocto. Perdidit itaque Deus singulos lapide
sco, in quo uniuscuiusque nomen scriptum erat.
Huiusmodi autem lapis erat maior lente, et minor
cicere; et comburebat galeas, et homines, et
Elephantes, et perueniebat usque ad terram. Con-
tigit autem hoc eo anno, quo natus est Propheta
Dei Mahumetus. Ismaël filius Aly scribit, Mahmud
fuisse [illegible] Camelum, quo Rex
Abraha uehebatur: et addit

* supra ele-
phantes quos præcedebat

ولما قارب ابرهة الى مكة وتهيا لدخولها

بقى كلما تبدّل فيله مكة ويرمى نفسه الى الارض وينام فاذا قبلوه غير مكة
قام يهرويل وهم بينما هم كذلك اذ راوا طيرًا عظيمًا اقبل من ناحية البحر
لا تحصا كثرته امثال الخطاطيف مع كل طير ثلثة احجار فى منقاره ورجليه.
فقذفهم بها وهى مثل الحمص والعدس فلم تصب احدًا منهم الا هلك ثم ارسل الله
سيلًا والقاهم فى البحر والذى سلم ولى هاربًا الى اليمن مع ابرهة وصاروا يتساقطون
بكل منهل فاصيب ابرهة فى جسده فسقطت اعضاؤها ووصل الى صنعا ومات.

= Cumque Strabo Mecce progredi esset, deque ingressum in illam prepararet: elefas illius subsistebat
= quoties versus Meccam, illum impellebat; procum-
= bensque in terram, dormiebat. Cum autem
= impelleret eum alio preter Meccam, surgebat
= celeriter, procumbique incedebat. Cumque in hoc
= statu res esset, ecce viderunt aues magnae egre-
= gione maris aduolantes, erantque innumerabiles,
= similes hirundinibus: unaquaeque earum gestabat
= tres lapides, in rostro, et in ungibus pedibus, qui-
= bus iaculabatur in eos: erantque hi lapides cice-
= li, et lenti*: neque percussus fuit ullus ex eis,
= qui non periret. Deinde misit Deus torrentem
= qui asportauit illos in mare. Qui autem euase-
= runt terga vertentes fugerunt cum Strabo in
= Arabiam felicem; et cadebant in omni loco egre-
= di. Percussus est quoque Strabo in corpore, et re-
= fluxerunt membra eius, peruenitque in hoc statu
= in Sanaa, ubi mortuus est. Ex his diuulgantur
= ceteri, qui in hac terra continentur.

* similes

Refutatione

Hoc totum, quod hic ab Alcorano, eiusque Expositoribus refertur, aut fabulam esse, aut prestigium res ipsa persuadet. Solemne certè est Mosleminis huiusmodi portenta confingere. Quod si etiam hoc uerè factum fuisse concedamus, quis dubitet ex malorum Genioruꝫ opera, astuque contigisse? Erat eo tempore Delubrum illud Meccanum Idolis plenum, atque in ei eorum cultus à Mecanis, egregiisque Arabibus sacrilegis ritibus in Supremi Numinis contumeliam exercebatur. Ex opposito autem in Ecclesia illa, quam Reꝫ Abrahā Arabię Felicis ædificauerat, uerus Deus colebatur, uerague Religio exercebatur: erat enim Rex ille Christianus: et Christiana Religio eo tempore erat pura, et sancta, ut fatentur etiam Mahumetani: inter quos Ahmed filius Abdelhakim in sua apologia contra Christianam Religionem, hęc habet: وكان جيران البيت مشركين يعبدون الاوثان ودين النصارى خير من دينهم. Erant autem cultores Delubri Meccani Idololatrę, adorandę simulacra: Et Religio Christianorum melior erat religione eorum. Quomodo ergo fieri potuit, ut Deus Optimus Maximus miraculis tam insigni concurrere ad defendendum locum, in quo Dęmones colebantur; et gentem falsę, impięqꝫ superstitioni addictam, contra Christianam Religionem, et Regem Christianum, qui pro eadem

~~eadem~~ Religione, uenique Numinis cultu pugnatas?
Respondet Apologista praedictus, id factum fuisse
in gratiam Mahumeti, qui eo anno erat nasciturus:
uel saltem in gratiam Abrahę, et Ismaelis, qui
Fanum illud Meccanum ędificauerant. Verum nulla
dictae rationi, quod deberet Deus in gratiam cuiusquis
Prophetę, Dolo, eorumque cultores, et Delubra
miraculis tueri, praesertim contra Religionis
ueę propugnatores. Quod Abraham, et Ismael
Fanum illud ędificauerint, falsum prorsus esse
alibi demonstrauimus. Quod si etiam uerum
esset, cum tamen quodlibet templum propter
Veri Dei cultum tantumodo uenerationem
mereatur: hoc cessante, nullam uidelis. ui
estimationem. Quamobrem templum illud
Hierosolymitanum, quamuis à Dauide, et Sala-
mone constructum, ubi idololatrię sordibus in-
quinatum fuit, nullo modo à Deo contra Fel-
dees uocatum est, quin potius uersum, et
in macriem lapidum redactum. Vel igitur
hoc, quod hic de Elephantium duorsibus refer-
tur, fabula est, uel Dęmonum prestigium fuit.
Neque uero nouum, et inauditum est, Dęmonas
Delubrorum, uel Simulacrorum, uel Sacrorum
suorum inuitia, Deo ita permittente, uindica-
re consueuisse. Sexcenta sunt huius rei exem-
pla, quę omnia impossibile uidetur à doctoribus

+ uel in superstitiosum et illicitum mutato

seu prouinciis tum Græcij, tum Latinij confecta fu-
isse. Vnicum mihi producere satis erit, hoc
quod à Mahumetanis refertur simillimum: et
à Ciceronе lib. 1mo de Diuinatione narratur, hi
uersi: Objiciuntur etiam sæpè formæ, quæ re-
ipsè nullæ sunt, speciem autem offerunt: quod
contigisse Brenno dicitur, eiusque Gallicis copijs,
cum Fanum Apollinis Delphici nefarium bellum
intulisset. Cùm enim ferunt ex Oraculo hoc
fatum esse pythiam: Ego prouidebo rem istam,
et ab hac uirgine. Ex quo factum, ut et uideren-
tur uirgines ferre arma contra; et niue
Gallorum obruerentur exercitus. Addit Valerius
Maximus lib. primo cap. secundo: Brennus
Gallorum Dux Delphis Apollinis templum
ingressus, Dei uoluntate in se manus uertit.
Gauisi ex hoc facto Mahumetanos, et Aleoa-
ranum fabulam suam de Elephantibus omnino
conferuisse, et confinxisse: in qua si attentè
eam expendas, tot ineptias reperies, quot uerba:
sed non est mihi otium singula ad amussim ex-
pendere. Vide quæ de hoc scripsi in Prodromo p. 2. c. 4. pag. 76.

سورة قريش مكية
اربع ايات

SVRA CVI.

CORAISITÆ

Meccana: commatum iv.

In Nº

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis

Sociandæ Coraisitarum:

1. Ad[a] Unionem Coraisitarum.

2. Unionem[b] eorum ad profectionem? mercatoriam?
hyemij, et estatis. * Seruiant Domino huius Domus
1. Templi Meccani I

3. Qui eibauit eos in fame, et securos fecit eos
à timore.

Nota

Quidam tribuunt huic Sure quinque versus,
constituentes pro quinto; et securos fecit eos à
timore. Qui eam legerit; اعطاه الله عشر حسنات بعدد من
طاف بالكعبة واعتكف بها: Dabit ei Deus decem bona pro nu-
mero eorum, qui templum Meccanum visitauerint,
ibique deuote commorati fuerint.

1. Ad Unionem Coraisitarum]: Arabice الايلاف قريش
Coraisitæ, seu Coraisini ita dicti sunt à قريش Coraj
filio

a. Societatem
b Societatem

* 3.

filio Nadhar filij Canang oriundi ab Ismaele. Erant autem Coraisitæ familia, seu Tribus inter Arabes nobilissima, ex qua etiam ortus est ipse Mahumates. Ad hos igitur spectat hæc Sura, et præcipuè ad eos, qui ex eadem familia erant custodes, seu editui Delubri Meccani. Quidam Expositores connectunt prima verba huius Suræ cum extremis præcedentis, hoc modo: Cosuitque eos (nempe auctores Elephantium) uelut folia segetis depastæ ad unionem Coraisitarum; Dest ad uniendas duas cohortes mercatorias earum, quarum altera hyeme in Semam, altera æstate in Syriam quotannis ad mercaturam proficiscebatur pro Templi Meccani ministerijs, seu expensis. Ita Zelal, Zamchascrius, et alij.

2. Profectione mercatoria] Arabicè: رحلة, : uulgò Caravana appellatur, nempe societas, seu cohors uirorum, qui mercaturæ exercendæ causa in exteras regiones simul proficiscuntur.

3. Seruiant] Arabicè ليعبدوا. Putant quidam abundare litteram ف: ita ut sensus sit: Ut seruiant. Nempe, Deus ita disposuit per eladem ducentium Elephantes, unionem duarum cohortium Coraisitarum, ut melius seruiant in ministerijs Templi Meccani. * Pertinuisse [illegible]

* ^ **
4. infame] et à timore] Zelal. وكان يصيبهم الجوع لعدم الزرع بمكة وخافوا جيش الفيل. Quia opprimebantur eos fames ob defectum agrorum et timuerant ne exercitus Elephantum.

363

سورة الماعون مكيّة
سبع ايات

SVRA CVII.
VTENSILIA

Meccana: commatum vij

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis —

1. Vidisti'ne *illum, qui negat ut falsum diem Judicij.*
2. *Ille porrò est, qui detrudat à iure suo orphanum.*
3. *Neque excitat se, aut alios ad cibandum pauperem.*
4. *Vh autem orantibus.*
5. *Qui sunt circa orationem suam negligentes*
6. *Qui ijsdem videntur Ti. videri se faciunt dum orant, do hypocrisin.*
7. *Et negant utensilia Ti. necessaria ad usum alijs.*

Inepta communio

Nota

Inscriptionem habet epigraphen hæc Sura. Omina et communio est ijsdem: Utensile, vel Utensilia, et desumitur ex ultimo versu. Secunda الدين, Dies Judicij. Septima ارايت, Vidisne: et utraque desumitur ex primo versu. Ideoque, inquit Sura tractata est فيها, diuerse, contrarieque sunt sententiæ:

sententię: quidam enim Meccanam, quidam Medinensem: quidam uero' partim Meccanam, partim Medinensem faciunt. In numero etiam uersuum non omnes conueniunt. De Lectoris premio. Ex Tamehaseenius: من قرأ سورة الزكاة غفر له ان كان الزكاة موديا. Qui legerit Suram, Vidistine: dimittentur ei peccata, si persoluerit sacrum censum, uel eleemosynam constitutam.

1. Vidistine? Mum? Quisnam ille sit, non constat ex Alcorano, sed per coniecturam habetur ab Expositoribus. Selal: نزلت في العاص بن وايل او الوليد بن المغيرة. Dicta sunt hęc contra Alas filium Vail: uel contra Valid filium Mogheire. Alij uolunt ipsos contra ابي جهل او ابي سفيان او عبد مناف uel Abougehel, uel Abusophian: uel Abomenaph.

7. Utensilia? Arabice' الماعن, singularij numeri, quam uocem quidam exponunt الزكاة, sacrum censum. Quidam الصدقة, eleemosynam. Quidam uero' quicquid attinet ad usum hominum: cuiusmodi sunt, inquit Selal, الابرة والفاس والقدر والقصعة: acus, et securis, et olla, et patina. Addit Jahias, الدلو والرحى: situlam et molam. Tamehaseenius, القدحة, ignitabulum; et ex traditione Aisę uxoris Mahumeti, النار والماء والملح: ignem, et aquam, et sal

Refutationes.

1. Hic etiam pro Lege, satyram condit Mahumetes

375. et quamuis nullum nominet, ita tamen illum describit, vt omnes agnoscere possint, quem sane, aeterq; ẽ aspergat: neque in eo diuinando, expositores multum desudamus.

2. Semper rem suam curat Mahumetus: neq; enim eum quicquam Atarum, vel Validum, vel quemquij alium deturbare orphanum à bonis, et à iure suo, de alio intelligit, quam' de seipso, quem omnes orphanum fuisse norant. Ne vero eum alimenta pauperum, et utensilium commodationem impedientes redarguit, ipsum commoda sua curare quispiam suspicaretur, attentam in orando solicitudinem, et hypocrisij fugam astute interrumpens

سورة الكوثر مكيّة
ثلث ايات

SVRA CVIII.
KAVTHER.

Meccana: commatum iij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. NOs certé dedimus tibi Kauther.

2. Ora ergo ad Dominum tuum, et jugula.

3. Certó

3. Lorro dio habens re, ipse erit excisus

Note

Quamuis Sura Meccana ponatur: multi tamen volunt esse Medinensem. Lectori premium huius-modi promittitur: من قرأ سورة الكوثر سقاه الله من كل نهر له فى الجنة وتكتب له عشر حسنات بعدد كل قربان قربه العباد فى يوم النحر: Qui legerit Suram Kauther, potabit illum Deus ex omnibus fluuijs, quos habet in Cavadise: et adscribentur illi decem bona pro numero singularum oblationum, que fient a fidelibus in die migulationis, seu macfationij pecorum, que fit decima die Mensis Dulheggie.

1. Kauther. Expositores longas contexunt nugas, circa hoc nomen, explicantes in Prophete illi ingentijs mysteria. Telal putat, Kauther esse نهر فى الجنة هو حوضه ترد عليه امته والكوثر الخير الكثير من النبوة والقران والشفاعة ونحوها: fluuium in Paradiso, qui efficit prosapiam Mahumeti, ad quam descendet fabulosa progenies eius. Et addit: Significat etiam hic vox Kauther bonum multum, nempe prophetiam, Alcoranu, officium intercessorij, et alia huiusmodi a Deo Mahumeto collata. Beidauius ex traditione ipsius Mahumeti eodem modo affirmat, Kauther esse نهر فى الجنة فيه خير كثير احلى من العسل وابيض من اللبن وابرد من الثلج والين من الزبد حافتاه الزبرجد واوانيه من فضة لا يظمأ من شرب منها وقيل حوض فيها وقيل اولاده واتباعه او علماء امته او القرات: fluuium in Cavadise

in quo est bonum multum; dulciorem melle, candidiorem lacte, frigidiorem nive, et molliorem spuma: cuius ore sunt chrysolithus: vasa vero eius (in quibus scilicet bibent Cavadisici de eius aquam) ex argento (Addit Zamchascenius, hæc vasa, seu cyathos tot fore, quot stellas (cli) in cœlo bibent ex eo. Alij dicunt esse piscinam in Cavadiso: alij filios Mahumeti, et aspectus eius, vel Angelos gentiscius, vel Alcoranum. Vah ineptias! *

3. Corrodio habens tec] Celal: نزل فى العاص بن وايل شنئ النبى ص ابتر عند موت ابنه القاسم ع م: dictum fuit hoc contra Alas filium Vail, qui cum mortuum esse Alcasem audiret eundem Mahumetis exitum; nempe filijs et posteritate orbatum. quod malum nunc eidem Alajo avidetur, ut par pari rependat.

*2. Jugula] nimirum oues, seu pecudes illas, quas immolare solet, qui ad Mecam peregrini profiscuntur in Valle Mina die constituto. Requisitu uide alibi, quæ scripsi. Significat autem non solum iugulare, sed stia, erecta stare, et manus elauare, seu dextra leua sinistram imponere in orando

Filius (Mahumeti)

Refutationes

1. Cum communij Expositorum Mahumetanorum sensus sit, Kausher esse fluuium, uel piscinam, quam Deus in Cavadiso Mahumeto donauit: manifestè patet, quam hebes, et quodammodo pecuinus fuerit Mahumetus, qui non aliam sibi in futuro sequelo felicitatem proposuerit, quam piscinam aquarum, quamuis melle dulciorum, lacte candidiorum, nive frigidiorum, et spuma molliorum: quamuis huiusmodi piscina pretiosis lapidibus ambiatur: quamuis eo habeat argentea uasa ad usum bibentium, quot stellæ in Cœlo reperiuntur

tur: nihil enim horum ad ~~[illegible]~~ æternam ac summâ felicitatem, & ne ad ~~[illegible]~~ quidem pertinere. ~~pertinere~~ et mediocrè potest

2. Dum fingit Alcoranum iuberi se à Deo, precides iugulare: Lanionem se esse tantumodo profitetur. Etenim ouium illam stragem, quam in Valle Mina peregrini faciunt tempore peregrinationis Mecanæ, nequaquam sacrificium esse, Mahumetani ipsi fatentur*. Quod si etiam verum sacrificium esse vellent, Mosaicos ritus à Christo sublatos, nonnisi superstitiosè, atque inaniter renocarent.

* Vide Prodromi p. 2. cap 17. pag. 265

3. Vix suos aliquos reperiunt, in qua Mahumet aliquem aduersariorum suorum non laceret, aut mordeat: quemadmodum hic Alcoranum, cui contumeliam pro contumelia rependit.

سورة الكافرون مكيّة
ستّ ايات

SVRA CIX.

INFIDELES

Meccana: commatum vj

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1 Dic: O Infideles:

2. Non colam quod colitis.
3. Neque vos colentes quod colo,
4. Neque ego colens quod colistis.
5. Neque vos colentes quod colo.
6. Vobis vestra Religio vestra, et mihi Religio mea.

Note

Meccanam esse suam omnium consensu asserit Hottingerus. Sed fallitur in hoc, ut in cæteris plerumque. Nam Selal habet: مكية او مدنية. Meccana aut Medinensis. Qui eam legerit, inquit Zamchasserius, فكانما قرأ ربع القران وتباعدت منه مردة الشياطين وبرئ من الشرك و يعافى من الفزع الاكبر: erit, ac si legisset quartam partem Alcorani: et elongabitur a Dei contumacia Demones; et immunis erit ab Idolatria: et liberabitur à timore maiori

1. O Infideles] Selal: نزلت لما قال رهط من المشركين للنبي ﷺ تعبد الهتنا سنة ونعبد الهك سنة: Revelata est hæc Sura Mahumeto, postquam dixerunt illi quidam ex Idolatris: Tu cole per unum annum Deos nostros: et nos colemus per unum annum Deum tuum.

2. Non colam] Selal contra Zamchasserium, et regulas grammaticæ, contendit esse hic tempus præsens, ut vertendum sit: non colo.

3. Neque vos colentes] Item hic participium pro præsenti, ait Selal: ut vertendum sit: Neque vos colitis.

4. Neque ego colens]. Hic vero participium

participium aut idem Selal stare pro futuro: ut
intelligendum sit: Neque ego colam. Zamchascerius
autem contendit, poni pro præterito, et explicat: وما
كنت عابدًا قط فيما سلف ما عبدتم Neque colui unquam tempore
præterito id, quod vos coluistis. Eodem modo Jahias.
Sed utrique maliose, ad purgandum Prophetam
suum à sectore Idolatriæ, in qua per septuaginta
annos perseverauit.

5. Neque vos colentes]. Hic etiam futurum tem-
pus esse, scilicet, neque vos colerij, affirmat Selal.

Refutationes

Nescio qua fronte scribat hic Jahias, الاخر السورة
ليس بتكرير: usque ad finem Surę non est repetitio, seu
tautologia: est enim totius hęc Surę insolubilissima
eiusdem rei recantatio. Et certe tertius versiculus
ijsdem prorsus verbis constat, quibus quintus.

C. Contra Charibatem, et Religionem prę-
ceptorum Mahumetus, dum libenter relin-
quit Meccanis religionem ijrrorum, nempe
Idolatriam; contentus, se unius Dei cultum
fecisse. Non fuit hoc officium Prophetæ, et le-
gati, qui missus fuerat, ut eius suos ab impieta-
te, in qua antea versabantur repetitione revocaret. Re-
liquit vobis protestari, Religionem suam veram
esse: ijrosque in errore versari. Alioquin modus ille
loquendi, quo iam fuit idolatriæ approbatio.

سورة النصر مدنية
ثلاث ايات

SVRA CX.

AVXILIVM

Medinensis: commatum iij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis:

1. Cùm uenerit auxilium Dei, et uictoria:
2. Et uideris homines dum ingredientes in religionem Dei turmatim.
3. Celebra Laudem Domini tui, et ueniam precare ab eo, quia ipse est propitiabilis.

Nota

Communis epigraphe est النصر, Auxilium. Aliqui inscribunt الفتح, Victoria. Alij, اذا جاء, Cum uenerit. Omnia ex primo uersiculo. Meccanam quidam censent Surã: sed Adiecta praticarum Auctores meliores faciunt Medinensem: et quidem iure: nam ex ipsa Sura patet, Mahumetum eo tempore non fuisse Meccæ, cuius expugnationem breui futuram fingit sibi à Deo promitti. Ex uita etiam Mahumeti habemus, illum quando hanc Suram accepit, in extrema Meccæ

commoratem

† confundens cum Sura 48.

commoratum fuisse. De premio Leeuorio Rege Tam-
chaseenus: من قراه سورة اذا جاء نصر الله اعطى من الاجر كمن شاهد مع محمد فتح مكة
Qui legerit Suram, Cum uenerit auxilium Dei; ha-
bebit mercedem illius, qui presens fuit cum
Mahumeto expugnationi Mecce.

1. Victoria] Conueniunt plerique, quantum uidi,
eo hic promissionem uictorie Mahumeti contra
Mecceanos, postquam pluues remouerperseuerit, super-
stitionem illius inuiti amplexi sunt. ~~De hac victoria~~

3. celebra laudem] Celal. وكان ص بعد نزول هذه السورة
يكثر من قول سبحان الله وبحمده واستغفر الله ويتوب اليه وعلم بها انه قد اقترب اجله
وكان فتح مكة في رمضان سنة ثمان وتوفي ص في ربيع الاول سنة عشر
Erat Mahumetus post reuelationem huius Sure fre-
quentior in laudando Deum: et petebat ueniam ab
eo, conuertebatque se ad eum. Cognouit enim per
hanc, appropinquare finem uite sue. Nam Mecca
expugnata fuit anno octauo Hegire in Mense
Ramadan: ipse uero occubuit in Mense prime
Verno Anni decimi.

Refutationes

1. Fingit hic Mahumetus, reuelatum fuisse sibi
à Deo, quod nulla indigebat reuelatione. Ipse
enim iam destinauerat Meccam ex improuiso adoriri,
iamque ad hoc quadraginta millia militum in
promptu habebat: optimeque sciebat, Mecceanos
imparatos, et nihil à se mali suspicantes ui-

potestatem suam esse venturos, et ui, metuque eo-
cebos, rectam suam esse amplexuros non dubitabat. *

* Neque etiam violationis indignè hoc, ut scribit, provenit, quòd etiam matres suam; nam hoc præsentibus et venéro à genitrice judgd sibi iz suis harmo prosumato

C. Pupilei ex capite Mahumeti apparet impietas.
Primò quia in Mense Romadan, ieiunio, pietati, ac pœnitentiæ à Deo destinato, et in quo nefas erat
hostes arma ferre nefas erat: patriam, et conci-
ues suos proditorium in mouem bello iniustissimo
oppressit, causa prorsus frivola emendicata, quòd
Coraisitæ contribules sui fœdus æquum initum
infregissent. Sed falsum hoc erat: nam Coraisitæ
opem tantummodo tulerant Bakavensibus confœde-
ratis suis à Chazaensibus Mahumeto fœderatis, ini-
quis, bello lacessitis. Cur uero non adiuuarent
Coraisitæ socios suos, iniuste, ut putabant, à confœ-
deratis cum Mahumeto uexatis, quamuis ipsi
essent cum illo fœdere alligati? Et nihilominus
tamen Coraisitæ miserunt ad Mahumetum
Legatum Abusofianum genérum ipsius, quippe
filiam eius habebat uxorem, ut [illum] apud illum
se purgarent, et siquid in amicis adiuuandis
contra socios ipsius peccassent, quantum opus
esset, satisfacerent. Et quamuis Abusofianus
partes suas sedulò duplices primò apud filiam
suam Mahumeti uxorem; deinde apud ipsum Ma-
humetum, et postremò apud omnes Principes, et
socios illius: nullas tamen ex his uerbo illum
dignatus est: immò filiæ ipsa cum conuenisset

à se

à se reiecit. Quamobrem coactus est Mahumetus de suos, vt prouius infecta, redire. Quenam igitur eius causa, cur Mahumetus Sabiam, Cuis, et Cognatos suos armis inuaderet, et oppugnaret? Vide quæ diximus secundo appareat Mahumeti impietas, quia cum se morti proximum agnosceret, non ex reuelatione Gabrielis, vt ipse fingit: sed ex ui ueneni a se imprudens haustæ [illegible] quo paulatim se absumi sentiebat: non tamen abstinuit ab iniusta Sabiæ suæ inuasione, et expugnatione; quod omnes etiam Sabæi semper exhorruerunt, et execrati sunt. Sed uide superius dicta.

سورة ابي لهب مكية

خمس ايات

SVRA CXI

ABV-LAHEB.

Meccana: commatum 5.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Perierunt manus Abu-laheb: et periit ipsemet:
2. Non profuerunt ei diuitiæ eius, et id, quod acquisiuit:
3. Descendet comburendus in ignem habentem flammam

4. Et descendet cum ea uxor eius portans lignum.

5. In collo eius fr. Vxonij ſ ent funis contextus ex fibris caudicij palmę contorti.

Nota.

Quatuor hæc sunt inscriptiones propositas vepeno: Prima est ثبت: Benevunt. Secunda ابي لهب Abi-lakeb, seu Abu-lakeb in eam vero: et utraque est desumpta ex primo uersu. Tertia لهب, Flamma, quę est in tertio uersu. Quarta مسد, Fibę contorte caudicij palmę in quinto uersu. Ceterum secundum promissa ipse Mahumetus hic uersus: من قراء سورة ابي لهب رجوت ان لا يجمع الله بينه وبين ابي لهب في دار واحدة. Qui legerit hanc suram, spero, quod Deus non permittet illum cum Abu-lakeb in eadem domo.

1. Venerunt manus Abu-lakeb ſ occasionem dedit huic sure id, quod sequitur ex Zelal: لما دعا قومه وقال اني نذير لكم بين يدي عذاب شديد: قال له عمه ابو لهب تبا لك الهذا دعوتنا ونزل تبت يدا ابي لهب اي جملته وعبر عنها باليدين مجازا لان اكثر الافعال تزاول بهما. Cum conuocasset Mahumetus populum, dixit ei: Ego comminor uobis magnam pœnam, quam uidere uobis inotare. Quod cum audisset Abu-lakeb patruus eius, dixit ei: Vij te pereant: propter hoc ergo aduocasti nos? Sane reuelata fuit Mahumeto hæc sura: Venerunt manus Abu-lakeb. Cœpit autem manus pro figura, pro omnibus uerbis eius: quia manibus omnia fiunt, ac pertractantur.

4. Et

4. Et vxor eius] . Vocabatur hæc ام جميل, Ommogemil
idest mater pulchri: quemadmodum Maritus eius
ابو لهب, Abu-lahab, idest Pater flammæ: quæ videntur
potius fuisse cognomina, quam nomina propria.
Affirmat autem hanc cum marito in Gehennam
descensuram onerata ligno, uel varena lignorum:
quia, ut aiē Gebal, تلق الشوك والسعدان فی طریق النبی ص
bonebat in uia, per quam transiturus erat Mahu-
metus ligna spinosa, et senticosa: ut nimirum
inuideret pedibus in illa, et uel raderet, uel punge-
retur.

Refutationes

1. Sola hæc Sura Satyra mera est, felle scatens,
ac rancens contra Abu-lahab, et vxorem eius Ommo-
gemil. Hinc agnosci potest, quam impius, et
inuidiæ cupidus fuerit Mahumetus, qui Patruum
suum, et Auitam suam ob leuissima, uel saltem
non ita grauia iniuria acceptas, adeo iram grauiter
dilaceret, neque tantumodo temporalia illis dam-
na cum bonorum omnium iactura, sed etiam
Eterna Gehennæ pœna imprecetur. Hoc certe
Christus neque docuit, neque fecit: immò et pro
inimicis orandum, illisque benefaciendum docuit:
et pro illis ipsis, à quibus atrocissima pœnas, et
mortem patiebatur, orauit: eorumque culpas
apud Patrem excusauit. Vide quam longè distet Ma-
humetus à Christo, et ab Euangelio Alcorans.

سورة التوحيد مكية
اربع ايات

SVRA CXII.

VNIFICATIO

Meccana: commatum IV.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Dic: Est Deus unus:
2. Deus Sempiternus
3. Non genuit, et non est genitus
4. Et non fuit illi par ullus.

Note

Inscribitur etiam hæc Sura, الاخلاص Sinedrificetio, in qua scilicet sincerè fidei et religionis professio continetur. Quemadmodùm etiam dicitur التوحيد Vnificatio, quia unius Dei Maiestate asserta, pluriùm deorum cultus in illa excluditur, ita ut etiam Personarum pluralitas abdicatur. Beidauius asserit انها تعدل ثلث القران illam æquivalere tertiæ parti Alcorani. Meccanáne sit an Medinensis, Mosleni certum, et adhuc sub iudice lis est.

De præmio lectoris hæc scribit Tamehascérius: عن رسول الله ص انه سمع رجلاً يقرء قل هو الله واحدٌ فقال وجبتْ: قيل يا رسول الله وما وجبتْ: قال وجبتْ له الجنّة. Cum Mahumetus audisset quendam legentem hanc suram, dixit: Meruit. Dictum fuit illi: Quid meruit?

o legabe

o Legate Dei? Respondit: Mercuit illi Paradisum.

1. Est Deus unus] Selal: قل هو الله احد سُئِل رسول الله عن ربّه فنزل Interrogatus fuit Mahometus de Domino suo: et respondit: est Deus unus.

Refutationes.

Si genevare, et genevari accipiatur in eo sensu, quem intelligit Mahumetus; certum est Deum nec genevare, nec genevari: Sic enim, ut pote eruditissimus, putat non posse Deum habere filium, nisi ex copula cum aliqua femina. Ita enim loquitur alibi in Sura 6. quæ inscribitur: الانعام, Pecora: versu 96. بديع السموات و الارض انّى يكون له ولد و لا تكون له صاحبة. Conditor Cælorum, et Terræ: quomodo habebit filium, cum non habeat uxorem? Verùm si genevatio accipiatur in Deo eo modo, quem Christiana fides docet, ne Mahumetani quidem negare eam possunt, ut nos in secunda parte Prodromi fusissimè contra eosdem Mahumetanos probavimus. Credere verò non posse fieri generationem nisi per copulam carnalem maris cum femina, hominis est nimis stolidi, et prorsus pecuini, cum non pauca animalia sine commercio maris et feminæ generentur.

سورة الفلق مكيّة
خمس ايات

SVRA CXIII.

DILVCVLVM

Meccana: commatum .v.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Dic: Confugio ad Dominum Dilecti, ut liberet me:
2. A malo illius, quos creauit:
3. Et a malo Lunæ quando latuerit.
4. Et a malo feminarum incantantium in nodos:
5. Et a malo inuidentis, cum inuiderit.

Nota

Surata est ista, التى مختلف فيها, de qua dissonus est sententia, vbinam tradita fit; Meccæ nempe an Medinæ. Ac primo Lectoris ita pronunciauit Mahumetus: من قراءة سورة المعوذتين فكانما قراءة الكتب كلها التى انزلها الله تعالى Qui legerit duas suras, quæ incipiunt a verbum Confugio, erit ac si legisset libros omnes traditos Dei. Sunt autem de sura hac externe in Alcorano.

1. Confugio]. Creauit occasionem huic surae id quod a Iudæis, a quibus Legislatoribus refertur his verbis: نزلت هذه والتى بعدها لما سحر لبيد اليهودى للنبى ص فى وتر به احدى عشر عقدة واعلمه الله بذلك وبمحلّه فاحضر بين يديه ص وامر بالتعوذ بالسورتين فكان كلما قرء اية منها انحلّت عقدة ويجد خفّة حتى انحلّت العقد كلها وقام كانما انشط من عقال. Tradita fuit hæc sura cum alia, quæ consequitur, cum Iudæus Iudæum magicis artibus alligasset Mahumetum modo undecimo adornum. Notificauit autem hæc illi Deus modum soluendi incantationem, scitque ut cum accederet corpus illius coram eo: et præcepit ei, ut confugeret ad legem Dei, tribens illi has duas suras. Quoties autem legebat unum nexum eorum illis detinebatur unus nodus, et sentiebat se alleuiari, donec soluti sunt omnes nodi. Sunt autem sur-

vocit

vocis Mahumetus ex modo quo [quibus] *placuisse facilius solutus o uinculo.*

* *Diluculo.*] Arabice الغلق: exponitur communiter الصبح, *Aurora*, *uel Diluculum*. Jehias, et Zamchasebrius uolunt etiam hic significari واد جهنم او سجن فيها; *Torrentem Gehennæ, aut carcerem in illa.*

2. *A malo illius, quod creauit*]. nempe a uarijs malis, quæ prouenient hominibus a rebus creatis tam animatis, quam inanimatis Selal: من حيوان مكلف وغير مكلف وجماد كالسقم وغير ذالك. *Ab animantibus domesticis, ac feris; et ab inanimatis, ut à uenenis, et alijs huiusmodi.*

3. *A malo Lunæ, quando latuerit*]. Arabice غاسق, diuersimode exponitur. Alij *Lunam*, alij *Noctem*: alij *Hyades occidentes*: alij *Eclypsin Lunæ* interpretantur. Selal — الليل اذا اظلم والقمر اذا غاب. *Nox, cum tenebris omnia offundit: & Luna, cum latet.* eodem modo Jehias. Zamchasebrius exponit etiam القمر اذا امتلا, *Luna, cum plena fuerit.*

4. *Insufflantiũ in nodos*]. Innuit Veneficas, quæ, ut ait Selal, تنفث فى العقد التى تعقدها فى الخيط تنفخ فيها بشى تقوله من غير ريق وقال الزمخشرى معه: كبنات لبيد المذكور[x] المفكورة. *Insufflabant in nodos, quos nectebant in funiculo; et insufflabant in eos, proferentes nescio quæ uerba: non tamen spuebant in eos; quamuis Zamchasebrius contrarium sentiat. Tales erant filiæ Labeidi poëtæ.* Hæ scilicet *Mahumetũ huiusmodi nodis* aggressæ sunt. *Alludit ad hoc ueneficij genus Virgilius in Pharmaceutria ecl. 6. dum Alphesibœum ita canentem Inducit.*

[x] المذكور

11 *Terna tibi hæc triplici primùm triplici diuersa colore*
11 *Licia circumdo. et mox*
11 *Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores*
11 *Necte, Amarylli, modo; et, Veneris, dic, uincula necto.*

Refutationes.

1. Mirum sanè est, Propheram tam magnũ, qualem Mahumetũ fa-
ciunt Moslemi, et qui in aliorũ rebus tam oculatus fuisse fingitur,
in suis adeò egeum fuisse, ut Lobeidi Judæi et filiarum eius astum
non præuiderit, quo ipsum funiculo septem nodis nexo magicis
cantionibus ita implicuere, ut infantulus fasciis involutus videretur.
nec alio modo se posset extricare, quam totidem versiculos, quot
nodis implicabatur, recitando. At quonam Prophetæ legimus, adeò
à Dæmone ita fuisse ludificatum, tamque imbecillum ac plumbeũ
contra illius technas fuisse? At enim Dæmon Christum in deser-
to tentauit, & arreptum detulit supra monrem, et supra culmẽ
Templi. Respondeo, in hoc Christũ ludificasse Dæmonẽ, non uerò ab eo lu-
dificatum fuisse. Nihil enim operabatur Dæmon, quod Christus non præ-
sciret, eique non permitteret. Ferebat enim se cum illo, sicut vir aliquis
fortissimus cum puero, àque sinit se teneri, cæsi percuti, fingitq; se non
posse resistere, cæsi etiam dolorem, aut gemitus & simulans, tantum-
modo ad locum captandum. At uerò hoc in Mahumete non contigit,
sed prorsus oppositum.

2. Quod si Moslemi respondent, Scimus nobiscum per hoc Maho-
meti patientiam experiri, quemadmodũ cum multis sanctissimis
uiris contigit, et præsertim cum Job; quem tot modis per-
misit à Satana vexari: Nos illis hoc ad hominem, ut dicitur,
concedimus, quamuis reuera ob hanc causã factum fuisse, non
credamus: sed petimus ab eis, cur indignum putent, atque ideo
negent; Christum à Judæis ea passum fuisse, quæ Euangelistæ nar-
rant: non uerò indignum putent Prophetã suum, quem Christo
superiorẽ credunt, à fœminis Judæis filiabus Lobeidi uia Magicis
artibus ludificatũ fuisse; et ab alia fœmina Judæa, uenena

in cibis

in ouillo harmo propinato, eruis sublatum? Quę Christus à Judęis pertulit, ultrò passus est: cum enim ea prędicisset, potęrat euitasse, effugere; at pati uoluit, ut Mundū redimeret. Mahumetus uerò, qęę ab ijs pertulit, nec prędicit, nec potuit effugere, sed inuitus passus est.

سورة الناس مكية
ستّ ايات

SVRA CXIV.

HOMINES

Meccana: commatū vj.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Dic: Confugio ad Dominum hominum:
2. Regem hominum:
3. Deum hominum, ut liberet me
4. A malo insusurratoris sese subtrahentis,
5. Qui insusurrat in pectora hominum:
6. A Genijs, et hominibus.

Notę.

Circa Locum, in quo tradita fuit hęc Sura; et primū Legentij illa, idem sentiunt Expositorę, quod de prędecenti: censetur enim con——

nexa esse, et unicam constituere cum illa, atque undecim uersi-
bus constare, ad quorum singulorum prolationem, Mahumetus
singulis nodis, quibus à filiabus Lobeidi adhijabus fuerat,
exsoluebatur.

4.. A malo Insusurratoris sese suberahentis]. Arabice
الوسواس Insusurrator, exponis. communiter الشيطان Satanas. Jahias.
الوسواس هو الشيطان جاثم على قلب ابن ادم فاذا ذكر الله خنس
Insusurrator est Satanas qui insidet cordi hominis: et ubi mentio facta fuerit Dei, subtrahit
se se defugit. Zamchagedrius putat الوسواس, esse pro وسوسة, In-
susurratio: كانه وسوسة فى نفسه لانها ضيقته وشغله الذى هو عاكف عليه:
quasi ipse sit insusurratio in anima eius (hominis): quia ipsa opprimit
et occupat eum in quo ille negotiat. eos mox subdit: واذا ذكر الانسان
ربه خنس الشيطان وولى واذا غفل وسوس اليه: Cum memoratis homo Do-
mini sui, subtrahit se Satan, et recedit. Cum autem negligens fue-
rit in hoc, insusurrat in illum. eodé ferè modo Selal.

6. A Genijs, et Hominibus]. Putat Selal esse hic بيان الشيطان
الوسوس انه جنى وانسانى: declarationé Satanę insusurrantis; quia ipse est genius
et homo. Nimirum; tam homines, quam Genij sunt Satanę ho-
minibus, cum utrisq; perseverant eos ad malum. Itaque
clarius hic obtendit: qui nam intelligantur nomine Satanę,
qui insusurret in pectora hominum: nempe Genij et homines
quibus, ut ait Zamchagedrius, utrisq; Satanas ad insusurrandum in
pectora hominum.

Addo hic paverga loco, appellari has duas suras المعوذتين,
quasi dicas, duas Confugiarias, eò quod utraq; incipiat per اعوذ
Confugio. et de his ita scribit Zamchagedrius: عن رسول الله ص
لقد انزلت علىّ سورتان ما انزل مثلهما وانك لن تقرء سورتين احب ولا ارضى عند الله
منهما

منها وتقال للمعوذتين المشقشتان . Rejit Legatos Dei Mahumetus:
Jam quidē missę sunt ad me duę surę, quibus nulla alia similis
omitta est: neque tu legeş unquā aliaş duaş suras, quę Deo magis
gratę sint et acceptę. Hę autem, quę dicuntur Confugiarię; appel-
lantur etiam Sanantes: quia scilicet sanauerunt Mahumetum a'
veneficio. Concludā hāc inepţiaş verbiş Jahię: وقد رويت عن عايشة ان النبى
ص كان اذا اوى الي فراشه جمع كفيه ثم نفث يعنى بصق فيهما وقرأ قل هو الله احد
والمعوذتين ثم مسح بهما ما استطاع من جسده يتداخل راسه متحول الى ما نال من بدنه
يفعل ذلك ثلاثا . Ex relatione Aię habetur, quod cum
Propheta Mahumetus recipiebat se somni causa
ad stratum suum; coniungebat ambas palmas
manuum suarum, deinde expuebat in eas, et lege-
bat suram: Dic: Est Deus unus; et duas suras
Confugiarias: deinde confricabat utraque palma
quod poterat de corpore suo, inclinans caput, et
contegens illud ad eam partem, quam attingebat
de corpore suo: et hoc ter faciebat

Refutationes

Bene est, quod cum Alcoranus à bestijs, nempe
à Vacca incęperit, desinas in Homines: et post tot
insanias, aliquid tandem sani habere videatur.
Verum ne in extremis quidem verbis insaniā
cavet, dum Genios à Satanis, seu Diabolis, et
hominibus distinguis; cum, ut alibi ostendimus, et
ex Sacris Literis manifestè probavimus, Genij, ac
Satanę ijdem sint, nec ullo modo inter se distinguantur

Conclusio ad Lectorem

Alcoranum ex Arabico idiomate in Latinum, quæ maxima potui fide à me translatum, et ad Mahumetanorum Doctorum mentem expositum, cuique tui, Lector, subieci. Quæ contra illum dicenda habui, non quidem omnia (nam id immensum opus exercuisset) sed præcipua tantum tibi proposui. Judicium tuum iam expecto. At mea, nisi fallor, non multum distabit. Videtur ne tibi hic liber ille, quem se ipse facit, et quem Moslemi iactant? Nimirum, è cælo à throno Dei, qui eius est author, delapsus? directis, et lux omnium creaturarum: via veritatis, ac salutis non solum hominibus, sed etiam Dæmonibus: tanto Pentateucho, et Euangelio excellentior, quanto sol meridianus Auroræ, orientisque diei crepusculi clarior: miraculum perpetuum, et miraculorum omnium maximum: librorum omnium Diuinorum dignissimum, ac perfectissimum; cuius elegantia, eloquentia, venustas, excellentia, nitor verba, nitor sententias, nitor ordinem, ac texturam, nitor res, quas tractat, ipsæ, sanctas est: vt si universum genus humanum, adiumentibus etiam ingeniis suis, quo pollent, Dæmonibus, conueniret, vt vnam tantummodo suram, vel sechionem, non quidem pares, sed similem suis illius componeret, sudaret multum, sed frustra laboraret. Alcoranus quippe opus

Diuinus

† et ad fidem istam magis probandam, tertium ipsum Arabicum exactissimè impressum a vaticano Latinæ versioni apposui

diuinum est: et quemadmodum Deus solus illum
effecere potuit, ita solus illius mysteria, sensusque
arcanos valet intelligere. Possent hæ pœnditus,
vel spiritibus diei; vel ijs hominibus, qui Aleora-
num nunquam legerunt, aut iuderunt: nam ea
forsasse evecrens. Apud nos vero, qui illum pus-
manibus habemus, qui inspicimus, qui legimus, ac
relegimus; impossibile est, ut huiusmodi impiá-
rum portenta fidem illam inueniant: immo
ut risum, stomachum, ac bilem nobis non move-
ant. At enim maxima orbis terrarum pars iii Aleora-
num iuvant. Quidni, si studiorum infinitus est nu-
merus, et plerique mortalium semper ad peiora dila-
buntur? An non totus, fere Mundus lapides, ligna,
metalla pro dijs habuit, et coluit? Quin et bruta ani-
mantia, et arbores, et fluuios; immo et allia, et cepe,
et porros in Numinum numerum recensuit. Ad hæc
postrema Egyptij sanxumodo. Iouem adulterum, ac
stupratorem; Martem sanguinarium; Mercurium
furem; Venerem meretricem, atque huiusmodi scele-
rum, ac flagitiorum monstra, doctissimi Athenienses,
prudentissimi Lacedemonij, sapientissimi Romani,
et eteve omnes gentes Græcæ, Barbaræque diuinis honori-
bus excepere. Et miramur, Aleoranum, qui hæc
innumeris ~~mendacijs~~ nugis, insanijs, mendacijs, ac blasphemijs
scatcat, aliquando tamen pietatis, ac veritatis lauda
induis; tam multos mortales ad sui venerationem per-

pertraxisse.[3]

^amplexę sint, & quotidie amplectuntur.^

Cur uero^ libuum, ac legem eam abiectam, et impiâ tot nationes^ amplectantur, non est difficile dictu. Nam uel ę. Religionem uerâ, nempe Christianam profitebantur: uel adhuc in Paganismo fenebris uersabantur. Si de secundis loquamur, ę uelut iumenta insipientia, quibus non est intellectus, adquascibet herbas, quę primò occurrerint, etiam si noxię illis futurę sint, rapiuntur: neque aduum est illis à superstitione in superstitionem, à tristi uita in alium tristem transire. Sine enim pluuę dees esant, nihil uenum, parum illis negotij facessit: Sabęi est eis, si consueta uiuendi licentia, si uxorum turba, si conscientię libertas ad flagitia quęque, et scelera perpetranda non auferatur. Ęternę, si nihil aliud ab illis exigatur ad ęternam felicitatem in cœlo ponendam, quam ut profiteantur لا اله الا الله محمد رسول الله: non esse Deum, nisi Deum, et Mahumetum esse Legatum Dei (nam sola Pagania, nempe plurium deorum cultus, Arabicè الشرك, consortium, in secta, et sententia Mahumetanorum à cœlesti beatitudine excludit: neque tamen hę ut sapientiores putant, ęternis est pęnis puniendi; cur à lege tam facili, ac mitti suscipienda refugiant? immò cur illam ullis unquam non amplexentur? At enim Alcoranus furta, rapinas, adulteria, peruersiones

iuncta

iuria, homicidia, egreua mitia damnas, ac pœna digna
censet. Ita est: sed hij remyrovaneam tantumodo pœ-
nam statuis, quam quisque ab humano iudicio per
fraudem, fugam, aut pecuniam facilè declinare
possit: à Diuino autem + ~~facilimè~~, per Lectionem + pon. 10. fa-
unius Sur & Alcoranicq, uel per formulam illam, لا اله الا الله محمد رسول الله: Non est deus, nisi Deus: Mahumetus cillimè ea-
Legatus Dei: uel per lotionem corporis, uel per alias dem credat
huiusmodi quisquilias, quibus putans plenissimam
peccatorum suorum indulgentiam se obtinere. Ere-
rum sit aliquis, quantumuis scelestus, quantumuis
flagitiosus, quantumuis nefarius: furetur, rapiat,
occidat, peieret, mœchetur: naturæ Legesq omnes,
si ita libido suadeat, transgrediatur; dummodo Deus
unum, et Mahumetum eius Legatum constanter
credat, et diem Resurrectionis cum egressu, quæ de
futuro sæculo docet Alcoranus, non neget: ecenam
salutem consequetur: et in supremo iudicio Maha-
metus omnes huiusmodi a sceelas suos abigne
Gehenny liberatos, in Paradisum secum deducet. Hic
est unus, et præcipuus ex fide Mahumetana articulis,
ut de eo nullo modo possit dubitari. Audi, si libet,
uerba professionis fidei Mahumetanicæ absolutè ea
Latina relata: الانتقام حتى ويؤمن باخراج الموحدين من النار بعد
يبقى فى جهنم موحد بفضل الله ويؤمن بشفاعة الانبياء ثم العلماء ثم الشهدا ثم
سايرالمومنين ومن لم يكن له شفيع اخرج بفضل الله فلا يخلد فى النار مؤمن بل يخرج
منها من كان فى قلبه مثقال ذرة من الايمان

credere etiam debet (Mortemus), eos, qui unum Deum
seduxerunt, exituros tandem esse a regno Gehennæ, post-
quam pœnas delictorum luerint: ita ut ex Divina
benignitate, nullus, qui unum Deum crediderit, et
coluerit, in Gehenna sit permansurus. Credere
etiam debet in universionem primo Prophetarum,
deinde Doctorum, deinde Martyrum, deinde egrego-
rum Fidelium, uniuscuiusque iuxta sanctitatem,
et gradum suum. Qui autem remanserint ex
fidelibus sine intercessore (credunt tamen Mor-
tem Mahumetum intercessurum pro omnibus) educ-
entur nihilominus ex Gehenna per gratiam Dei:
et ut nullus fidelis in ea perennaturus sit,
sed exiturus ab ea, etiamsi in eius corde non fue-
rit fides, nisi quantum pondus unius atomi,
vel unius formicæ. Quisquis ex Christi super-
stitionij cultoribus Religionem tam benignam,
ac legem tam suavem susceperit, renuat, in qua
si credat tantummodo unum esse Deum, et Mahu-
metum esse Legatum eius, facile sine ullij do-
mij opprobrio, immò cum omnibus flagitijs, ac
sceleribus, quamuis temporalibus penis, vel
in hoc Mundo, vel in Gehenna luendis, à quibus
tamen se possit facillimè liberare; eternam
tandem felicitatem in Paradiso consecuturus
sit, et præsertim ~~felicitatem~~ beatitudinem illam peculiarem,
quam in Alcorano suo promittit Mahumetus,

a quo

à qua carnalej homineş, eiusmodi uanis Apostolorũ
adeò allicientur, et atrahuntur?
Si uerò de Christianę Religionij professoribus, qui
ad Alcoranicam sectam transierunt, aut transe
unt, sermo sit: si sanè non ignorantię, aut
erroris, sed aut malitię, aut timoris incusandi
sunt; uel enim Christianę, et Euangelicę legis ue-
nienrem disciplinam perosi, et libertine uitę cu-
pidi, sponte Sarracenicam sectam amplectuntur:
uel duriſsimum Mahumetanorum iugum, ac
barbaram seruitiem ulteriùs ferre non ualentes,
ex desperatione Christo renunciant, et inter Ma-
humeti asseclas recensendi uocabuntur. Neutri
tamen aut Mahumetum, aut Alcoranum ex
animo probant, uel quidquam in illij uenerationis
esse existimant.
Iam audisti, frater carissime, quas Alcorani li-
ros tam absurdum, tam impurum, tam im-
pium; tot mendacijs, fabulis, et inepţijs refertos,
tantæ morbidum turbæ suscipias, et pro sacro,
diuinoque uendiţes. Sed de hoc argumento alias
fusiùs tractato. Tu interim uale: et ut omnes gen-
tes Alcorani uanitatem, et Euangelij ueritatem
agnoscant: ac Mahometismo, ejusque profanę
sectę abiuratis, Christianam tantùm Religionem
amplectantur, Deum enixè precare.
Imprimatur. Ex Aedibus (L.S.)
Thomas Maria Bertrandus Archiep. Corcyren.

a.co

(Copia)

Feria 4. die 7. Martij 1691

In generali Congregatione S. Romanæ et Universalis Inquisitionis habita in Conventu S. Mariæ supra Minervam coram Emis et Rmis DD S.R.E. Cardinalibus in tota Repca Christiana contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sede Apca specialiter deputatis.

Relata instantia R. Patris Ludovici Maracci Ord. Prædicatorum Theologi Emi et Rmi DD Cardinales Inter Inquisitores Generales Apcos considerato casu de quo agitur concesserunt licentiam pro S. Officio imprimendi confutationem Alcorani cum textu integro Arabico et Latino ad ipsius translatio ipsius Alcorani recognit. per Patrem Lectorem Sanctitatis Suæ Rmis annuit.

Alexander Speronius S. Romanæ et Universalis Inquisitionis Notarius

Locus Sigilli